



I. N. 3. 1703 // 458
DISPUTATIO INAUGURALIS 33
DE
PROBATIONE,
QVÆ FIT PER
INSTRUMENTA,
QUAM
SUB PRÆSIDIО ALTISSIMI
EX
DECRETO & AUTORITATE INCLUTÆ FACUL-
TATIS JURIDICÆ IN PERANTIQA
GERANA
PRO
LICENTIA
Summos in Utroque Jure Honores Privilegiaque
Doctoralia conseqvendi,
IN AUDITORIO JURIDICO
Die 10. Novembr. 1703. Horis consuetis
Solenni Eruditorum Disquisitioni submittit
AUTOR ET DEFENSOR
JOHANNES VITI,
VRATISLAVIENSIS.
ERFORDIAE,
Exudebat JOH. HENR. Grotch / Acad. Typogr.

Auguste Vratislaviensium Republicæ
PATRIBUS PATRIÆ CONSCRIPTIS,
VIRIS

*Per-Illustri, Magnificis, Generosis, Maxime strenuis,
præ-Nobilissimis, Excellentissimis Amplis-
simis atque Consultissimis*

PRÆSIDI,
CONSULIBUS,
DN. SENATORIBUS,
SYNDICIS,
SECRETARIIS,

*Dominis ac PATRONIS suis
Optimis, Maximis,*

*Omnigenam perpetuamque Regiminis & Vitæ
apprecatus felicitatem;*

*Hanc Inauguralem Disputationem
In Signum devotissimæ suæ Venerationis
Consecrare voluit
TANTORIUM NOMINUM*

Humillimus Cultor

JOHANNES VITI, Vratisl.



B. L. monachorum et Gallicorum

volumen id est illud secundum (1)

Naprico est, Theoriam propter Praxin addisci, & quæ in Academiis didicimus in Foris in succum & langvinem converti debere. Hinc laudandi sunt mores practica semper theoreticis adjungentium Doctorum. Nam tandem omnia mortalium Studia eo collimant, ut ex illis utilitas quædam in proximum redundare possit quæ nudâ contemplatione vix comparatur, nisi Praxis manus coadjutrices prebeat. Hinc est, quod mihi de objecto quodam disputandi cogitanti, præ cæteris materia de Probatione per Instrumenta placuerit, quia non modò se ad Praxin extendit, sed quia etiam in illa omnis cardo Rei Processuaræ vertitur. Nam in Probatione consistit Decisio causæ, & est quasi Anima Processus, sine qua hic constare nequit. Probatio vero per Documenta facta mihi potior videtur illâ, quæ per Testes fit, quoniam hi facilius corrumphi possunt quam illa. Plura Recommendanda-

tionis loco addere nolo, nisi ut Laborem istum B.
L. boni consulas & benigne de illo sentias. Vale.

CAP. I.

Tractat in genere de Probatione

I. de ejus Definitione

1.) verbali: ubi spectatur ejus

a.) Etymologia. §. 2.

b.) Synonymia. §. 3.

c.) Homonymia. §. 4.

z.) Reali. §. 5.

II. Divisione, defumta

1.) à causâ Instrumentali

in artificiale, quo pertinent praesumptiones
quaे sunt vel §. 6.

a.) Legis. hæ iterum sunt vel

1.) Juris simpliciter vel §. 7.

2.) Juris & de jure. §. 8.

b.) Hominis sive Judicis §. 9.

c.) in inartificiale, quaे fit

a.) Testibus

b.) Documentis

c.) oculari Inspectione

d.) Juramento,

e.) propria Adversarii confessione, De

his omnibus vid. §. XI.

2.) ab Effectu

1.) in plenam & §. 12.

2.) minus plenam, quaे iterum est vel

a.) semiplena major, vel

b.) Se-

- b.) Semiplena tantum, vel
- c.) Semiplena minor. §. 13.

III. Subjectio, quod est Actor regulariter, quoad Exceptio-
nes vero etiam Reus. §. 14.

IV. Objetio, quod est factum dubium ratione Judicis §. 15.
hinc excipitur

- 1.) Jus, quod allegatur, non probatur, quia
hoc non est dubium, d. Judex hoc scit, l.
ad minimum scire presumitur, nisi sit jus
singulare §. 16.

- 2.) Propositio simpliciter negativa, quia nihil
ponit nec in facto se fundat. Excipitur vero
ab hac Regula

a.) negativa tempore & loco circum-
scripta.

- b) negativa prægnans
- c.) negativa Juris. §. 17.

V. Formæ; circa quam observa

- 1.) modum, qui ratione

- 1.) personæ, est ordo probandi.
- 2.) ratione rei, qualitas Probationis ipsius. §. 18.

- 2.) Tempus, idque vel tanquam

- a.) terminum à Quo, qui est

- 1.) in causa principali Lititis contestatio,
- 2.) quoad Exceptiones vero quoque ante

L.C. per agitur probatio. §. 19. & 20.

- b.) terminum ad Quem, qui durat

- 1.) Jure Civili, usque ad causæ conclusio-
nem.

- 2.) Jure Sax. durante termino probatorio,
§. 21. qui

A 3

a) est

§ 6. EC

a.] est perpetuus §. 22.

b.] exclusivus §. 23. nisi

1.] Dilatio petita §. 24.

2.] vel Restitutio in integrum obti-

neat §. 25.

3.) Locum qui est Judicium

VI. Fine, qui est

1.) Certioratio Judicis, quæ est vel

1.] plena vel

2.] minus plena §. 26. & ex hac flu-

ens

2.) De cисio causæ, quæ est vel

a.) condemnatoria, vel

b.) absolutoria.

VII. Contrario, quod est defectus vel

1.] in totum vel

2.) ex parte §. 27.

CAP. I.

S. I.

¶ Um Methodus, quā à generalibus¹ ad specia-
lia, ratione tamen causarum habita, descendit-
tur, mihi semper optima visa fuerit placuit
præsentem Disputationem eodem modo per-
tractare, ita ut primo capite generaliter de probatione,
in secundo vero de Instrumentis acturus, tandem in ter-
tio capite ad specialiorem Probationis per Instrumenta Ex-
plicationem perveniam.

S. II.

Cum verò verba Rebus inserviant §. 3. *Inß. de Do-*
mas, non abs re est, ut omnium primo Probationis No-

men

men evolvatur. Dicitur autem Probatio, Autore *Calvino* in Lexico Jurid. ad verbum: *probare*, à probo, non quia probe facit, qui probat; Nam alias vir bonus cum Reip. consulit, cum in opes Liberalitate sua sublevat, imo & agricola, cum justo tempore agrum colit, probare dici posset, quoniam qui tales Actus exercet, probe recte & ex officio agit: sed quod generaliter probare dicatur quisquis facit, ut probum & rectum judicetur id quod agit. Nam dum quis id, quod in Libello affirmavit, testibus l. aliis legitimis argumentis, ita quoque se habere docet, efficit, ut nec calumniose nec improbe confictum id ant intentatum judicetur, sed recte vere & ex officio vid. *Donellus ad Tit. de probationibus.*

S. III.

Probationis Synonyma sunt Demonstratio, vid. *Micrael. in Lex. Pb. p. 358.* Et *Calvinus in Lex. Jur. ad verbum: Demonstratio* item Demonstrantia, *Plin.* hinc Demonstrantia rara herba, *Salmas, in Sol. p. 115.* Convictio *Calv. ad vocem: convictus.* Ostensio. Germanis dicitur Beweis/ Beweisung/ Bescheinigung/ Darstellung/ Befragung/ Zeigung/ Ausführung &c.

S. IV.

Quoad Homonymia notandum est, quod vox probare in L. i. ff. *qui potiores in pignore pro Laudare ponatur.* Sic quoque probare nomen, illud agnoscere & suscipere, eoque ut bono contentum esse, in L. 36. §. ult. ff. *ad municipal.* significat. Denique probare sumitur quoque pro rem experiri & tentare, ut, amicos probato vid. *Calvinus in Lex. Jurid. ad verbum: probare* tandem quoque probare significat de re dubia judici fidem facere; & in hac significatione vocabulum hoc quoque in præsentia Disputatione sumtum est.

S. V.

Glossa ita definit Probationem in Tit. C. de probatoribus, quod si rei dubie per argumenta declaratio. Verum hæc definitio multis calumniis expolta & à pluribus valde fuit vexata. Nam primo dicunt, probationem in judiciis non semper fieri per argumenta, i. e. per syllogismos, sed rego, argumentum non semper sumi ut apud Dialecticos pro ratione colligendi verum pro eo quoque, quod qualitercumque rem dubiam indicat vel demonstrat; & eo sensu accipitur etiam vocabulum argumenti, in L. sicut in ingrumento. C. de fide Instrum. Nihilo etiam melius sentiunt de prima parte definitionis, dicentes probationem non semper esse rei dubia, sed aliquando certæ, evidenter & notoria. Nam inquiunt, nulla probatio est liquidior quam quæ sit per rei evidentiam, item quæ sit per notorium; imo quoque contingere potest, ut Judex ipse inter fuerit Actui vel lictu vel illicito & sic ipse omnium optime facti circumstantias noscat. Ast respondetur licet Notorietas vel evidenter facti per se sit clara, tamen illa evidenter etiam Judicii probari debet, & quæ vidit ut privatus, illa adhuc ipsi debent probari tanquam Judicii. Si vero Glossa definitio penitus ad palatum non nullorum non esset, alia in promtu est; quod scil. probatio sit Actus legitimus, quo litigantes judicii de facto controverso per rationes legitimas fidem faciunt.

Dividitur Probatio à causa Instrumentali in artificialem & inartificialem. Artificialis quæ insita etiam obliqua sive indirecta dici solet, si argumentis vel necessariis, arte probantis ex ipsa causa deductis, quæ ex causis naturalibus desumuntur, & aliter se habere non possunt, e. g.

Si XXV. Oct. Anni 1703. fui Erfordiaæ, non fui eodem die
eodemque Anno Uratislaviae : vel Probabilibus, quæ ex
verisimilibus rationibus deducuntur. Hinc oritur Prä-
sumtio, quæ est conjectura ex aliquo verisimili signo ad
probandum adsumta. vid. Zasius ad Digesta Tit. de proba-
tionibus & præsumtionibus. Præsumtio vero in eo distin-
guitur à fictione Juris, quia hæc licet Naturam veritatis
imitetur s. minorem 4. Inst. de Adopt. tamen illi non re-
pondeat: cum Lex semper id quod impossibile est, ita
postulante æquitate singat. ut videre est in jure post limi-
nii, Lege Cornelia quoad captum reversum aut mortuum.

S. VII.

Præsumtio vero duplex est alia *Legis* alia *Hominis*.
Illa iterum subdividitur in præsumtionem *Juris*, & illam
quæ est *Juris & de Jure*. Illa scil. Juris tantum, à Jure
per argumenta probabilia ex variis circumstantiis induci-
tur & pro vero habetur, donec probetur contrarium vid.
Lauterb. compendium Juris ad Tit. de probat. & præsumt.
Sic in L. sive possidetis 16. C. de Probat. Res, quæ fuit defun-
cti alicujus, præsumitur ejus durasse usque ad mortem, &
sic Dominum quoqve ejus rei esse continuatum in hære-
dem; adeo ut si quis singulari aliquo titulo dicat rem
Quæstionis ad se pertinere, ei incumbat probatio, nulla
habita distinctione possideat, vel non & eo collimant der
Breslauischen Gerichts- und Process- Ordnung ad art. 45.
von Beweisung p. 52. verba sequentia: Die Rechte halten
und præsumiren/ daß der Besitz/ Haab und Güter des
Vatens auf seine Kinder zugleich (i. e. zu gleichen Theilen.)
gesunken seyn/ darum wo einer mehr oder einen Vortheil ha-
ben will/ soll er denselben beweisen und nach bringen. Si-
militer L. 24. si cbirographum ff. de prob. præsumit ex chi-

B

rogra-

rographo cancellato, debitum solutum esse, sic quoque L. Labeo 2. ff. de pactis presumit: si debitori cautionem reddiderim, me ipsi remisisse debitum. Hæc presumtio Juris quidem fortis est, attamen probatio in contrarium admittitur, quæ si plena est, elidit presumptionem. c. 20. X b. t.

§. VIII.

Altera Presumtio Juris & de jure est dispositio Legis ex aliquo signo quid presumtis, & super presumto tanquam comperto jus statuens. Zesius in Comment. ff. ad tit. de prob. & presunt. Dicitur antem juris, quia à Lege est inducta; & de jure, quia super tali presumptione Lex firmum jus statuit, eam habendo pro veritate. Alciat. de presump. Part. 2. num. 5. Quod comprobatur Exemplo in L. antique. 13. C. ad SCtum Vellej. contento, ubi mulier in Instrumento publ. vel privato tribus testibus tamen minus confessa, se pro Intercessione aliquid accepisse, ex illo efficaciter tenetur, non attento SCto Vellejano, quoniam scriptura talis adjuvante Lege, induxit presumptionem Juris & de jure, ita ut licet probare velit, se pretium Intercessionis non accepisse, tamen non audiatur. Similis causa adducitur in L. fin. C. Arbit. Tutela, ubi si Tutor vel Curator faciens Inventarium, in illo descripscerit res, quas tamen non recepit, Lex ex tali scriptura itidem presumptionem Juris & de jure induxit, ita ut Tutor l. Curator ad probandum contrarium amplius non admittatur, tam propter favorem pupillorum & Minorum, quam propter solennitatem Inventariis conficiendis adhiberi solitam; quæ duo momenta faciunt presumi pro Inventario vid. Sichardus redivivus seu ejus prelectiones in Cod. Justin. ad tit. 22. plus valere quod agitur &c. item ad tit. de probat. Huic ve-

ro Præsumptioni Lex tantam vim probandi communicavit,
ut etiam illâ probatio incontrarium excludatur; nisi aliud
confiteatur reus, vel factum sit notorium. *Carpz. p. 2. c. 2.*
d. 8. n. 5.

§. IX.

Dum vero Præsumptio est duplex alias *Legis*, alia *Hominis* proposita, explicarâ illâ, jam videnda erit Præsumptio Hominis s. Judicis, quæ committitur Industriæ judicantis, ut ex qualitate facti & conjecturis veritatem rei cognoscat & secundum eam judicet Casum hujus præsumptionis reperimus in *L. minor 25. annis 32. ff. de minoribus*. ubi si non constet de alicuius aetate, judex ex faeie & habitu corporis de aetate judicat. Sunt, qui putant, non dari præsumptionem Hominis quæ licita posset dici, cum Lege non niteretur; & sic potius temerarium Judicium quam justa præsumptio esset. *cap. 2. X de reg. Jur.* & hinc præsumptionis hanc speciem levem atque temerariam, & illam rejiciendam esse dicunt, cum nulla nitatur ratione & peccatum sit, aliquid temere præsumere. *Zæsus ad d. tit.* Verum prudens & pius Judge facultate suâ ex circumstantiis aliquid concludendi non abutetur, nec ex levibus conjecturis & præsumptionibus facile aliquem condemnabit; præsertim cum hic probatio in contrarium admittatur. Denique licet casus hujus præsumptionis Legibus ipsis non expressi, sed Arbitrio Judicis commissi sint, attamen talis præsumptio non statim injusta & temeraria erit dicenda, cum hujusmodi præsumendi facultas à Jure ipso Judicis collata sit, vid. *L. 2. ff. de pactis L. 8. 9. 14. ff. de prob. Es præsupt. L. 18. ff. de adm. & transfer. Legat.*

§. X.

Ex positâ vero materia præsumptionum, jam quæri

B 2

COR-

convenit, an præsumtio sit instar probationis? *N.* Præsumtio proprie quidem non est probatio, quia hæc sensu percepitur, ut visu & auditu, præsumtio vero per rationis discursum ex facti circumstantiis colligitur: est tamen loco probationis ejus effectum habens & ab onere probandi relevat idque in adversarium rejicit. Nam in effectu ferè paria sunt probare & habere pro se præsumptionem. Et hoc non solum dictum sit de præsumptione juris & de jure, verum & de ea, quæ juris simpliciter est, quemadmodum pluribus id ostendit Alciat. *De presunt. pag. 3. num. 2. § 3.* uti autem ad arbitrium judicis pertinet, quanta fides testibus habenda sit, ita quoque illius est, scrutari, quales sint conjecturæ & an sublevantes sint, quæ apparent.

S. XI.

Inartificialis s. directa probatio sit per argumeuta inartificialia, extrinsecus assumta; *Q*uorum Speculator *in tit. de probationibus. 14.* species enumerat in §. fin. verum hæ omnes ad quinque redigi possunt & comprehendunt solent trito versiculo: *Vox, scriptura, nomen sacrum, confessio, visus.* Ita ut sub *VOCE* intelligatur probationem per testes sed de his in præsenti agere Instituti nostri ratio non patitur: per *SCRIPTURAM* vero Instrumenta tam publ. quam privata, de quibus in secundo Cap. agetur, item Libros antiquos, etiam Rationum & Inscriptiones Lapidum Per *MOMEN SACRUM* juramentum designatur, licet propriè & strictè loquendo ad probationum species vix referri mereatur; quoniam jus jurandum parti adversæ propter defectum probationis ordinariè defertur, ita ut potius sublevatio à probatione, quam probatio ipsa dici possit. Idem Judicium esto de *CONFESSIONE*, quia hæc quoque ab onere probandi sublevat; quod de judiciali Confessione in-

§. 13. §. 14.

intelligendum est ; Nam hæc plenè probat , quod etiam demonstrat die Bresl. Process-Ordnung p. 52. his verbis : Was vor uns oder gehegtem Dinge bekant wird / muß stet und fest gehalten werden . Nam si extrajudicialis sit, tunc adhuc eget probatione in judicio, L. publica 26. ff. de positi, quia Judicinon parti probari debet . Ultima ejus species est VISUS : & expeditur quando re præsente opus est , ut in Inspectione finium, Lite de terminis motis ortâ .

S. XII.

Probatio ab Effectu dispesci solet in plenam & minus plenam : Illa est, quæ plenam fidem facit judicanti, ita ut de re, in Quæstionem deducâ, secundum eam ferre possit sententiam vid. Perezii prelect. Cod. ad tit. 19. de probat. Hinc in der Bresl. Process-Ordnung art. 45. von Beweisungen dicitur : Ein ißlich Beweis / der in Rechten annehmlich/soll nöthig beschließen/jedoch wird auch zu Zeiten die probation, so vermutlich beschleust/ vor genügsam angesehen und zu gelassen/ quæ ultima verba ad probatiōnem semiplenam respicere videntur. Plena probatio vero sitvel per duos testes, omni Exceptione maiores l. per Instrumentum recognitum. vid. Dn. Stryckii Annotationes ad Comp. Lauterb. L. 22. tit. 3. ad verbum : plenam. Et hæc semper intelligitur, vocabulo probationis, simpliciter posito, L. 83. ff. de condit. & demonstr. Quippe verò hæc res facti , & ex circumstantiis ejus dijudicanda est hinc quoque arbitrio Judicis relinquuntur , quæ probatio plena censenda sit.

S. XIII.

Minus plena probatio est, quæ per se non facit plenam fidem, sed alio adhuc indiget Adminiculo. conf. Comp. Lauterb. d. l. Hæc verò est iterum vel semiplena major ,

B 3

quæ

quæ duobus testibus induci potest, quorum unus est omni Exceptione major, alter verò non: Et ejusmodi probatio in matrimonialibus requiritur, si juramento suppletorio locus esse debeat. *Dn. Stryck. in Annot. ad Laut. L. 22. tit. 3. ad verba: semiplena major.* Vel semiplena tantum, e.g. unus testis omni exceptione major; talis vero est, cuius contra personam & dicta cum effectu nihil potest opponi. Vel semi plena minor, e.g. unus testis, qui non major est omni Exceptione. Duo priores gradus supplentur Juramento necessario quod inde suppletorium dicitur: Quoniam verò semiplena minor probatio aliqualem probationem & suspicionem animo Judicis contra Adversarium induxit, inde suspicionis gravamen, præstico juramento purgatorio tollere & removere tenetur. Quæstio verò, antequam à divisione in plenam & minus plenam diver tamus, de eidenda venit; An sc. duas semiplenæ probationes, velut unius testis, omni Exceptione majoris, & Instrumenti privati, plenam faciant fidem, secundum tritissimam Regulam, quæ non prosunt singula, plura juvant? Et videtur hoc posse admitti in causa civili non arduâ, si testis sit fide dignus, & Instrumentum privatum, vel aliud Adminiculum concurrens semiplenam ad impleat probationem sed hac in re Judici cautè est procedendum: In arduis verò non facilè conjugendæ sunt semiplenæ probationes, præsertim in Criminalibus, propter magnum Partis præjudicium. vid. *Menoch. L. l. de præsumt. c. 41.*

§. XIV.

Mihi de subjecto Probationis sollicito statim occurrit *L. ut Creditor. i. C. de probat.* cūjus summa hæc est: Quemadmodum Actor tenetur causam vel fundamentum suæ Petitionis, ita quoque reus excipiendo debet suæ Exceptiō-

ceptionis causam probare, ita ut generaliter quilibet teneatur ad id probandum, in quo se fundat. Sic enim serenissimus Elector in ordinatione Proc., Saxon. tit. 20. von der Beweisung. His verbis incipit: Ein jeglich part, welchem Beweisung auferlegt / & sic nec reum ab onere probandi excludit certis casibus. Cui correspondet id, quod in der Bresl. Process-Ordnung art. 45. habetur: Wie der Kläger schuldig ist/ seiner Klagen Grund und Intent zu erweisen: gleicher Weise soll der Beklagte sein Exception bey bringen und auskündig machen und wird in seiner Exception in Klägerstat geachtet und gehalten. Videntur quidem obstante L. fruſtra 2. item L. Actor 23. C. deprobat. ubi onus probandi tantum Actori contra allegatos textus imponitur: verum ꝑ. in LL. adductis Quæſitionem tantum fuisse de eo, quod sit singulariter. Nam conceditur, Actorem ordinariè, non vero Reum ad probandum teneri, quando seil. hic negat vel dubitat de Actoris petito j quippe negantis nulla est probatio, ceterum cum reus aliquid excipiendo affirmat & ponit, & in eo se fundat, tenetur quoque fundamentum hoc probare, quoniam reus excipiendo fit Actor. L. 1. ff. de Except. Hinc certa manet Regula: affirmanti, sive Actori, sive Reo necessitas probandi incucit. Hinc si Actor agat actione in rem, probare tenetur Dominium; sic enim dicitur in der Bresl. Process-Ordnung d. art. von Beweisungen: Wer sich des Eigenthums in seiner rechtlichen Handlung rühmet und annasses/ der ist dasselbe ansföhlich zunachen mit Brieslichen Urkunden/ Zeugen oder sonst schuldig und pflichtig / und im Fall ihm der Beweis mangelte/ wird der Besitzer oder Inhaber los geheilet und vor einen Herrn geachtet. Si vero in Personam ex contractu agere velit, contractum, quem allegat,

pro-

probare debet, alias Actore non probante, reus absolvetur. Sic pariter Reus in Litis contestatione confessus debitum, si excipiendo oponat Exceptionem Solutionis, illam necessario probare tenetur, quippe Exceptio Actionem elidere nequit, nisi probetur. Nam semper affirmanti, non autem neganti incumbit probatio, quod etiam liquet aus der Bresl. Process Ordnung art. 45. verjahet ein Part das andere aber verneint und begehren beyde zur Beweisung zugelassen zu werden so soll man der Partey die ihr vorbringen aufß Ja und beschene Dinge seget Beweisung theilen und nicht der so sich mit dem Nein oder nicht geschehen Dingen behülfst. Nisi Presumtio militet pro affirmante, quaꝝ quandoqve onus probandi contrarium transfert in Adversarium. Sic qui Actionibus negatoriis experiuntur, pro se præsumptionem Libertatis habent, illam probare non tenentur, verum Adversarii onus probandi contrarium subire debent, se in re aliena jus reale consecutos esse. Licet verò Assertum hoc verum sit, Incuria tamen Advocati contingere potest, ut quoqve in actione negotioria probatio imponatur Actori, scil. Patronus cauſæ in vindicatione Libertatis naturalis prædii ab injustâ turbatione non subsistat sed Reum servitute prætensâ in prædio clientis sine titulo vi, clam, vel precario uti dicat, tunc enim Actoris erit probare hanc adjicitiam possessio- nis qualitatem, quam Reus negat. vid. Carpz. Proc. tit. 13. art. 1. n. 29. Huc adjiciendum, quando probatio affirmanti, sive Actori, sive Reo imponenda sit; quod intelligi debet ex articulis capitibusqve Libelli, qua ab alterutra parte negata sunt. Nam sæpen numero contingit, ut in Litis contestatione à reo; vel etiam in opposita Exceptione ab Actori quædam affirmentur, quædam negentur; & tunc pro-

probatio ad sola Libelli capita negata restringi debet; confessorum enim supervacanea est probatio.

Sic verò de Objecto Probationis queratur, vel quid probandum sit simpliciter ex L. 16. C. b. t. responderi potest, omnia, quæ facti sunt, probanda esse, quia ignota sunt, & non præsumuntur nisi probentur. Imò licet hæc Judici nota sint, sed tantum Judici, non verò alijs, nihilominus oportet ea quoque in Judicij Loco manifestari atque probari, arg. l. 12. in fin. ff. b. t. Nam quæ novit Judex ut privatus in Judicio non sufficiunt, & illa non nosse præsumitur, nisi ea cognoverit quam Judex, i. e. nisi & probata & publicè manifestata sint; quia personam publicam gerit cum judicat. Factum autem cum sine circumstantijs non bene explorari possit, debent illæ quoque probari; c. 31. de Eletz. in 6to. c. 9. X. de Probat. modò sint pertinentes, h. e. cum facto cohærent, & ad illius probationem faciant. Nam impertinentes non sunt probandæ, probatas verò Judex ex officio rejicit. L. 10. 21. C. b. Quæ enim probata non relevant, ad probandum non admittuntur L. 21. C. b. t. vid. Dn. Stryckii Diff. de probatione semiplena c. 2. n. 14. seqq. Nam quæ probanda sunt, necesse est ut ex Libelli visceribus desumpta & ab Adversario negata sint. Si itaque contingat, ut quædam circumstantiæ, quæ in Libello memorata non sunt, & consequenter nec negata, probentur, hæ dicuntur impertinentes, & non attendenda sunt. Tantum enim est probandum, quantum libellatum & negatum quia nec Jure civili multò minus Saxon. aliud quid, quam quod in Libello contentum est post Litigem contestatum in Judicium introduci potest: Nam per Litis contestationem quasi contrahitur, præsertim si Jure Sax. Guaranda jam sit præstata.

In proximè præced. §. expressè dictum est, factum ratione Judicis dubium cum suis circumstantiis esse probandum, non verò jus scriptum: Nam quæ Juris sunt, allegari tantum, non verò probari debent. Jura enim sunt, vel saltem esse debent Judici nota: Perez. L. 4. C. 19. n. 2. pro Jure autem scripto semper ratione obseruantia præsumitur. Stryck. in Annot. ad Laut. L. 22. t. 3. ad verba *Jus scriptum*. Obstat videtur L. 5. ff. b. t. ubi dicitur, jus probandum esse: verum hoc intelligendum est de Iure singulari, in quo quis se fundat, quodab allegante semper probandum est. Sic pariter consuetudo allegata, si negatur, quia ratione introductionis facti est, probanda; nisi sit notoria, arg. c. 9. X. de Accus. si tamen negetur notoria, notorietas IO. testibus, ex diversis plateis sumtis probanda, non veritas ubi 2. testes sufficiunt, referente Hoppio Exam. Inst. ad tit. de jur. nat. gent. & simil. quest. 42.

Tandem quæri meretur, an non possit Propositione negativa etiam probari? Et respondetur à Lauterbi. in Comp. Iuris L. 22. t. 3. de probat. Propositionem simpliciter & inde terminatè negantem, h. e. quæ respectum non habet ad certum tempus vel Locum, per rerum Naturam non posse probari. Negationis enim, ut non entis, nullæ Qualitates, nulla propria, secundum quæ formatur probatio, & ex quibus desumitur. L. 10. C. de onnum. pecun. L. 23. ff. b. t. 11. X. de probat. Interdum tamen talis propositione per scripturam probatur, e. g. Si in casu non numerata pecunia, illum, cui spe numerationis chirographum dedi, adiungi, ut mihi tradat scripturam, in qua consitetur, se nondum

४३ १९. दिसं

402

dum numerasse pecuniam in dicto chirographo contenterat. Excipitur vero ab hac Regula 1.) Negatio tempore locoque circumscripta. Quem casum quoque die Bresl. Gerichts-Ordnung art. 45. ita exceptit; Es wäre dan daß solch Mein/ oder Leugnen/ mit Stell und Zeit/ oder andern Umständen/ also umbgeben wäre/ daß daraus ein wahrschafftiger Beschluß erfolgen möchte. Nam talis negativa probari potest per indirectum, sc. per argumenta artificialia per remotionem loci & temporis, v.g. si probare possim, me die 2. Martii hujus Anni quā obligatio litigiosa Lipsiae conscripta est Amstelodami fuisse. 2) Excipitur negativa prægnans, h.e quæ virtualiter aliquid affirmat. e.g. si quis neget se esse filium familias, vel servum: Nam hoc probatur per indirectum, probando affirmativam, negativæ contrariam; sc. quod emancipatus, vel manumissus sit; 3) Excipitur negativa Juris competentis quoniam hæc similiter tacitam continet affirmationem: Eo ipso enim dum nego tibi potestatem testandi, vel contrahendi competere, simul affirmo, tibi hoc esse interdictum; quare talis prohibito probanda est.

§. XII.

In formâ probationis primô observari debet modulus, qui ratione Personæ est ordo probandi. Hinc Actor primum Intentionem suam à Reo negatam i. e. causam, ex qua agit, probare debet, *L. I. C. b. t.* Actore enim in hac sua probatione deficiente, Reus, etiamsi nihil allegaverit, absolvitur. Deinde reus in Exceptione sua audiendus, & ad illius probationem admittendus est. Quod si vero reus fretus jure suo, velit, non auditio Actore, suam Exceptiōnem probare, non est prohibendus ; Nam quod Actor primus Actionis suæ fundamentum probare teneatur, hoc

In favorem rei introductum est; cui uti cuilibet integrum est, renunciare potest. L. penult. C. de Partis. Modus vero ratione rei probandæ, est ipsius probationis Qualitas, quod spectat, ut sit pertinens L. 21. in fin. C. b. t. Nam quæ probata non revelant, ad probandum non sunt admittenda; admissa vero non sunt attendenda, ita ut habeantur ac si non adessent. Insuper Probatio quoque clara sit & certa, L. 6. ff. b. t. obscura enim contra producentem diriguntur. Gail. L. 2. Obs. 12. num. 11. Admittitur tamen imperfecta probatio 1.) etiam in causis difficilis probationis Gail. L. 2. Obs. 93 num. 18. e.g. in antiquis, quæ occulè fieri solent, ut in falsarijs monetæ; item in Adulterijs, & in illis, quæ in animo consistunt. Sed hæc intelligenda sunt quoad cœlia negotia. In criminalibus enim conjecturæ non sufficiunt, verum probationes luce meridianâ clariores requiruntur L. fin. C. b. t. quod tamen limitatur, si ex delicto agatur civiliter. Brunnem add. L. fin. n. 2. aut petatur tantum pœna extraordinaria vid. Farinacius de res. Qu. 86. n. 76. seqq. Porro admittitur quoque imperfecta probatio 2.) in defensione Reorum: etenim illorum favor tantus est, ut quoque Iudex illos defendere & in illorum innocentiam ex officio inquirere teneatur. 3.) in causis sumariis, præcipue in possessorio summiſiſimo, ubi qualisunque Demonstratio ſufficit, vid. Lauterb. tit. de prob. Et prof. Et Stryckii Annot. ad eundem. Tandem ad modum probationis pertinet, ut illa articulis probatoriis includatur vid. Cala de modo articulandi; quod Saxones ita strictè observant, ut licet Documenta habeant tamen articulos desuper formari debeant Articuli autem ſint perſpicui, non captiosi conf. Gail. L. 1. obs. 87. 82. ſuccincti, h.e. ut non plura contineant capita, ut commodè ad illos Responsio quadrare possit: ſint ē visceribus Li- bellū

belli de protiti. Unde si articuli formentur superillis, quæ in Libello non expressa sunt, opponi solet exceptio articuli impertinentis. Tandem sit probatio, si ab interloquente Iudice parti uni fuit imposta, parte adversa citata, quod etiam in ordinatione processus patria his verbis legitur dispositum art. 45. de Probationibus: Beweis ist niemand zu führen besugt er sey dann ihm zuvor durch Urtel und Recht getheilet und auferleget und soll das Gegentheil allezeit darzu citiret werden: Hoc vero posterius non sit ad audiendum, quid testes deponant, sed solummodo ad vindicandum jurari, & ut interrogatoria, si quædam super articulis probatoriis communicatis fecerit, exhibeat cum petitione, ut testes simul super hiscè examinentur. Cita-
tio vero hæc tantæ necessitatis est, ut omisso illâ testes licet jam juraverint tamen adhuc semel coram Adversario jurare debeant, si hoc postulaverit.

3. XIX.

Ad formam Probationis spectat quoque tempus, intra quod probatio peragenda; quod duplex est, & consideratur vel tamquam terminus à Quo, vel ad Quem. Quoad tempus à Quo notandum est, quod Probationi in causa principali demum post item contestatam locus sit, quia Actor antè scire non potuit, quid reus negaverit. Quandoque testes tamen in perpetuam rei memoriam ante L. C. producuntur, necessitate scilicet cogente, e.g. si testes sint decrepiti, & periculum mortis imminet, vel etiam si testes in bellum ire, vel longum & periculosum iter suscipere velint, & in certum sit, an, yet quando revertentur. Quod etiam indûleum est in der Bresl. Gerichts-
Ordnung art. 50. von Zeugen. Vor Ausslegung des Be-
weises soll niemand zeugen führen und verhören lassen/ es

geschehe dann aus redlichen Ursachen zu einem ewigen Gedächtniß conferatur quoque ejusdem Ord. totus art. 55. von Zeugen zum ewigen Gedächtniß/ quorum testimonia demum, Lite contestata, producuntur. Qvoad Exceptiones verò probationes quoque ante Litem contestatam sunt, scil. in declinatoriis & dilatoriis, item peremtoriis privilegiatis, e.g. rei judicatae, transactionis, & Iurisjurandi;

C. I. de Litis contest. m. b.

§. XX

Terminus verò probatorius à Quo incipit currere de momento rei judicatae in momentum; illumque ita describere possumus, quod sit momentum illud, quo sententia, per quam alicui probatio fuit injuncta, vires rei judicatae est consecuta. vid. Carpz. pr. tit. 13. art. 1. §. 3. Leuteratione verò, vel Appellatione contra sententiam, in quā probatio injungitur, interposita, hic terminus à Quo ante decendum post sententiam Leuterationis vel Appellationis publicatam currere non incipit, quia tum demum sententia prima instantia, qua probatio fuit imposita, consequitur vires rei judicatae: dubitari tamen posset, annon in casu interposita & finita Appellationis remissoriales sint prius exspectandae, ita ut tunc demum terminus probandi currere incipiat? Berlich. quidem Decis. 99. huic opinioni adstipulatur; verum praxis contrariam sententiam admittit. Si vero probatus Leuterationem vel Appellationem interposuit, & iterum illi renunciavit, tunc fatale probationis à facta Renunciatione initium habebit: Sin alter, quam ille, cui probatio injuncta, Leuterationis vel Appellationis remedii se tueri voluerit, & illis iterum renunciaverit, tunc alteri fatale probandi à facta Notificazione currere incipit; quod, ut ad Acta fideliter ab Actuario

an-

annotetur, sumimè necessarium est. In casu vero Leuterationis vel Appellationis desertæ terminus probandi ante quam super desertione per sententiam judicatum sit, non incipiet currere. *vid. ordin. proc. Sax. tit. 20.* si vero Appellatio vel Leuteratio à Judice rejecta fuerit, nullum dubium est, quia terminus probandi à momento Rejectionis ipsa currere incipiat, in tantum ut licet hoc casu Appellans vel Leuterans rursus Appellationi, vel Leuterationi renunciaverit, nihilominus momentum Rejectionis præcise observandum sit. *Carpz. pr. tit. 13. art. 1. n. 77.*

S. XXI.

Quoad terminum probatorium ad quem, sive quando finiatur notari meretur, Iure Civili certum probandi terminum præscriptum non fuisse, sed pro qualitate causæ & personæ, nee non ratione distantia locorum judicantis arbitrio commissum fuisse, quantum temporis spatium, ei, cui onus probandi incumbit, ad deducendas probationes indulgere velit; L. 1. C. de Dilat. can. inducie 4. §. spatiū causæ. Qu. 3. Ita quoque in Foro patrio quondam certum terminum probandi non præscriptum, sed in arbitrio judicis positum fuisse, persuadere videntur der Dresl. Proces-Ordnung Art. 45. verba sequentia: Die Riesung des Beweis-Termins soll bey diesen Gerichten gänzlich aufgehoben seyn. Et in sequenti §. mox adjicitur. In verfalligen Rechten aber sicher der Beweis-Termin, nach Gelegenheit der Sachen/bey des Richters Discretion und Bescheidenheit anzusezen: In quo à Iure Sax. receditur, quo etiam causa incidentes & summarizæ, exceptis tantummodo executivis, ad ordinarium probandi terminum adstrictæ sunt. *Carpzov. Pr. tit. 13. num. 85. & 87.* Hic verò est 6. septimanarum & 3. dierum; sic enim sonant Ord. Pr. Sax.

ver-

verba tie. 20. Ein jegliche Part , welchem Beweisung auff-
erlegt / soll innerhalb 6. Wochen und 3. Tagen ic. Quo
Iure quoque in Patria utimur , cum aliqua tamen Distin-
ctione. Nam unsere Proces-Ordnung Art. 45. ita habet :
So einem Theil Beweis wird auferleget / darzu soll ihm
gewöhnliche Frist getheilet und gegeben werden. Et pergi-
tur ita in seq. §. Gewöhnliche Frist ist / wo der Beweis im
Fürstenthumb Schlesien ausbracht wird / dreymahl vierze-
hen Tage und drey Tage ; Ist aber der Beweis außerhalb
jest gemeldten Fürstenthumb zuerlangen / so sollen drey-
mahl drey vierzehn Tage und 9. Tage vergönnt und ge-
theilet werden und fängt solche Frist an zulaufen von dem
Tage des publicirten Urteils / und erlangten desselben Wiss-
senschafft. Et sic plane aliquid diversum à Iure Saxon. &
singulare in Patria observatur : Nam ibi spatium proban-
di legale , etiam si Probatio ab Indis sit adscendenda , neque
duplicatur neque triplicatur , sed iusta ex causa cognita ,
petente parte prorogatur , & quidem ex postfacto , non ve-
rò statim ab initio , ante tamen ejus exitum .

§. XXII.

Tempus vero hujus termini probatorij , non modò ita
continuum est , ut nullis ferijs , sive sacra sive humanæ , sive
necessariæ , sive honorariæ sive ordinariæ seu solennes , sive
extraordinariæ seu repentina sint , interrumpatur & impe-
diatur , L. sive pars 3. S. feria autem C. de Dilat. sed & de momento
in momentum currit , ita fataliter , ut nec prima die post
elapsum terminum probationes ulterius admittantur : Ita
ut hic terminus se habeat instar præscriptionis , Pacianus de
Probat. L. 2. c. 52. num. 25 , quæ similiter de momento in-
momentum currit , & mora nullum reliquit locum . Illud
tamen non sic intelligendum est , quod ante elapsum .
hunc

21.

hunc terminum tota probatio perfectè consummari debeat, sed sufficit, ante lapsum articulos probatorios, nomina testium & copias Instrumentorum offerre; Nam ita habet Ord. Proc. Elect. Sax. tit. 20. Ein jeglich Part, so Beweis afferre leget ist/ soll innerhalb 6. Wochen und 3. Tagen seine Beweis-Articul zusamt der Zeugen Nahmen / auch der Briefflichen Urkunden/da mit Er beweisen will/einbringen; Item die Bresl. Proces-Ordnung Art. 45 p. 52. in fin. Erfüge sich auch zu / daß der Beweis-Führer in der angesetzten Trift seine Beweisung nicht vorführt; nichts destoweniger aber die Zeugen für Ausgang des Termins Gerichtlich fürgestalt und füreyden lassen / ungeacht/ daß dieselbe ihre Aussagen noch nicht gethan: So soll es ihm doch an seiner Beweisführung unschädlich seyn; also auch/wann Beweis-führer innerhalb des Beweis-Termins Copeyen und Abschriften Briefflicher Urkunden Gerichtlichen eingelegt/ und möchte dieselben nach verflossenem Termin mit den Originalien bekräftigen / so soll Er damit gehört und zugelassen werden. Adeò ut si probare jussus adhuc ultimo termini momento articulos probatorios , nomina testium & copias documentorum offerat , terminum probatorium observasse videatur , nec jure probandi privari possit. Carpz. pr. tit. 13. art. 1. num. 92. quia nemi ni contumacia imputari potest, antequam omnes dies & momenta ad faciendum aliud destinata præterierint, L. quod certa die 70. ff. de Solnt.

§. XXII.

Cum verò terminus probatorius sit peremptorius & exclusivus, suā sponte hinc fluit, quod, si probatio illo adhuc currente, modo in præcedenti §. præscripto, facta non sit producens eo elapsō, facultate probandi cadat, & licet

D

in

in continentis moram purgare velit, tamen non admittatur. vid. ord. proc. Sax. tit. 28. §. und dieveil die zum Besweisung ic. L. trajectitiae 23. §. de illo ff. de O. & A. L. Celsus ait. 23. ff. de recept. Arbitr. Ulro hinc sequitur, termino probationis elapo, non amplius additionales articulos, nec alios vel novos testes admitti posse nec directiorum testimoniis multominus probationis genus ipsum mutare, vel in eo variare licere, conf. d. §. ordin. Sax.

§. XXIV.

Si vero quis sciat, se necessaria probandi argumenta ad manus non habere, verum credit se longiori temporis spatio ad illa comparanda indigere, tenebitur, ne iure probandi excidat, causam quæ instrumenta probandi intra terminum legalem offerre impeditur, in libello requisitorio Judici demonstrare, annexo petitio, ut illum prorogare velit & Judex tali desiderio nunquam deerit modò cognoverit justum & prægnans impedimentum esse; præsertim cum probationes validè favorabiles sint, quia in illis jura & defensiones partium litigantium consistunt, ut ita magis ampliandæ, quam restringenda sint c oda 15. X de reg. Jur. in 6. L. cum quidam ff. de Liber. & postibum. verum hæc prorogationis petitio currente adhuc termino fieri debet, elapo enim illo, nulla amplius conceditur dilatio. vid. ord. proc. Sax. tit. 20. §. Wir lassen aber auch geschehen ic. item die Bresl. Gerichts- Ordnung art. 45. circa fin. ubi ita legitur. Obwohl der terminus probatorius peremptorius und exclusivus ist: So mögen doch die Richter aus beweglichen Ursachen/ und insonderheit auff den Fall beweislicher Echten Noth / denselben auff Anhalten des Beweis- Führers/ für Verstießung und Ausgang der Frist / prorogiren und erstrecken. Dilatione vero impe- trata

trata, terminus probandi à tempore Impetrationis denuo cursum suum incipit. *Carpz. pr. Civ. tit. I. 3. ar. 1. n. 149.* Jure vero Civili in causis pecunieris tantum una ; in capitalibus autem reo ex favore Defensionis tres Actori tantum duæ concedebantur dilationes *L. fin. ff. de feriis.* Jure Sax. usu obtinuit, ut quoque quarta vice dilatio impetrari possit; verum ulterius progreedi Judex prohibetur, ne, si ulterioribus dilationibus locus relinqueretur, lites in infinitum protrahantur contra *L. properandum 13. C. de Jud. & L. 2. C. de rejnd. vid. Carpz. Pr. d. loc. n. 156.* Quamvis vero nulla dilatio sine causa impulsivæ cognitione à Judge concedenda sit, tamen non semper æqualis requiritur : Nam primam dilationem præcedere solet modica causa cognitionis; ad secundam vero exactior requiritur, cognitionis; tertia & quarta denique sine exactissimâ causa cognitionis & solennitate legali, (quaæ in præstatione juramenti, quod scilicet illa non malitiosè & dolosè petatur, consistit) nunquam, vel raro concedi solet & debet per ord. *Pr. Sax. tit. 20. §. Wir lassen aber re.* Quandoque tamen juramentum remittitur, si judici ita visum sit & pars adversa vel id remittat, vel legniter urgeat. *Carpz. dict. loc. n. 165.*

S. XXV.

Dantut tamen Exceptiones, ubi licet non petitâ dilatione, tamen adhuc post elapsum terminum probationes admittuntur, quod serenissimus El. in *Ord. Pr. tit. 20. §.* und die weil ita expressit : Es würde dann in causis minorum & universatum, vernüttelst das beneficium restitutio- nis in integrum, ein anders erhalten ; in welchem passu wir es bey Verordnung gemeiner Rechte / so wohl in etli- chen andern Fällen / derer hernach gedacht werden soll / bey der observantz bewenden lassen. Cum vero Elector in

D 2 Resti-

¶ 28. ¶

Restitutione in integrum , quoad punctum neglecti termini probatorii Juri communi derogare noluerit, sequitur exinde non tantum ex causâ ætatis, minores , & his comparatas Ecclesiæ Universitates aliavè collegia licita, quæ juribus minorum gaudent ; adhuc ad probationem admittenda esse, sed quoque majores XXV. an. ex clausula generali Præatoria: Si qua mihi justa causa videbitur &c., vid. Laur. comp. L. q. tit. 6. Et Stryck ad eundem ad verba: justam causam. Refertur verò inter justas causas morbus sotticus pestis , bellum &c. quibus quis impeditus non potuit venire in judicium, probationemque suam expedire. Ast tale impedimentum probandum est, vel ad minimum juramento, L. si procuratorem 8. §. si ignorantes ff. mandati

§. XXVI.

In hunc verò finem instruitur Probatio , ut Judex certior fiat de justitiâ litis, an scil. Actor justam causam petendi habeat, vel minus. Nam Judici soli probatur, L. 12. in f. ff. b. t. L. 3. §. 1. Et 2. de rebib. ut ipsi inde constare possit, quomodo definitivam sententiam ferat. Hæc Judicis verò certioratio, ex facta probatione oriunda, non semper una eademque est: Nam aliquando est plena ita ut Judex ulterius de justitiæ causâ dubitare nequeat, sed officii sui finem faciat, ferendo definitivam: aliquando verò est tantum minus plena, ita ut Judici adhuc dubia supersint, nec sine adminiculo legali, Iuramenti scilicet vel suppletorii , vel purgatorii præstatione definitivam pronunciare queat. Et sic ex certioratione Iudici per probationem factâ fluit decisio causæ, quâ, si Actor fundamentum intentionis suæ satis & legitimè probavit, reus secundum petitâ & probata condemnatur, vel si in probatione causæ defecerit, absolvitur.

§. XXVII.

Ex his facili operā colligitur quæ Probationis sint contraria scil. defectus totalis & partialis. Hinc notandum est, illum, qui, antequam alterum Lite pulsare inchoat, se omnibus probandi argumentis, vel quoad totum factum, vel saltem quoad alias illius circumstantias destitutum videt, omnium optimè agere, si vel totum factum, vel tantum alias illius circumstantias, quas probare nequit, Adversarii conscientia committat, Juramento desuper delato. Hoc verò licere, & Jure civili, & Saxonico & Patrio quoqve, constat satis superque ex L. 12. §. 1. ff. de R.C. Carpz. pr. Civ. tit. II. art. 1. n. 18. ordin. processus patr. art. 43. ibi: Nach Sächsischen Sechten kan Kläger dem beklagten aus Mangel der Beweisung für bestalter Gewehr und Kriegs Befestigung/ die Klage gar/ oder zum Theil in die Gewissenschieben. Quoniam verò in sequentibus hujus art. verbis Juri Sax. in specie non est derogatum, omnino receputum videtur.

CAP. II.

In Genere tractat de Instrumentis, & quidem de Illorum

I. Definitione, tam

1.) verbali, ubi consideratur

a.) vocis Etymologia §. 1.

b.) Synonymia §. 2.

c.) Homonymia. §. 3

2.) quam reali §. 4

II. Divisione

1.) in publica, quæ talia sunt, vel

D 3

a) ra-

¶ 30.

- a.) ratione primi Autoris, qui fecit vel facere
juslit;
b.) vel ratione confirmationis, & est vel
1.) à Personis publicis subscriptum
2.) vel Actis publ. insinuatum §. 5.
z.) & privata, quorum tres species sunt
1.) Chirographum. idqve vel
a.) Obligatorium
b.) vel Liberatorium.
2.) Epistola.
2.) Libri Rationum, sive sint Mercatorum, sive
opificum. §. 6.
3.) in Originalia sive Authentica &
4.) transumpta, seu transcripta vel
1.) à Persona publ. sive Autoritate Magistra-
tus sive à Notariis, vulgo vidimus dicta vel
2.) privatā, & dicuntur copiæ. §. 7.
5.) in papyreacea &
6.) quæ ex Pergameno confecta. §. 8.
7.) in propria &
8.) communia §. 8.
VII. Causa efficiente, quæ est vel persona
1.) publica ut Magistratus, Ministri publ. & Notarii,
ubi illorum officium describitur; vel
2.) privata §. 9.
IV. Causa materiali, quæ sunt Negotia licita, §. 10. quæ
sunt vel
1.) Actus inter vivos, quo pertinent omnia Contra-
ctuum genera quibus accedit scriptura
a.) necessariò & ad Essentiam
b.) vel saltem probationis ergo §. 11.
2.) vel ultimarum Voluntatum.

V. Cau-

31. E.C.

V. Causâ formalî, quæ est alia in Instrumentis?

1.) publicis, principaliter Notariorum, quorum so-
lennitates recensentur; §. 12. 13.

2.) alia in privatis. §. 14.

VI. Causâ finali, quæ triplex est,

1.) ut labilis memoria juvetur, §. 15.

2.) malitiae hominum negantium occurritur; §. 16.

3.) Judici factum negatum probetur. §. 17. usque ad
§. 23.

VII. Contrarii, quo pertinet,

1.) quando illa amittuntur, §. 23. & hoc contingit

a.] vel culpâ alienâ sc. Adversarii

b.] vel propriâ.

c.) vel casu fortuito. §. 24.

2.) quando illorum fides infringitur, quod accidit vel.

A.) Extrinsecus

1.] contrario ab eadem personâ adducto
Instrumento;

2.] corruptione chartæ;

3.] Rasurâ Cancellatione & Litrurâ;

4.] Inter linearî & marginali scripturâ.

5.] Apostillis adjectis;

6.) chartarum, calami & Atramenti di-
versitate. §. 25.

B.) Intrinsecus, & hoc sit vel quoad

1.] Solennia, quæ præcipue in Instr. No-
tariorum non ritè sunt observata; §. 26.

2.] vel quoad causam, quia illa est vel

a.) Simulata vel §. 27. 28.

b.) falsa. §. 29.

CAP.

CAP. II.

s. I.

Probationem quoque per Instrumenta peragi posse, jam suprà Cap. I. §. XI. dictum est, & id ipsum quoque ord. Pr. Uratisl. art. 45. in f. a. serit: Beweis aber geschicht durch brieffliche Urkunden &c. Explicato vero jam in Cap. preced. vocabulo Probationis, nunc in vocem Instrumenti mihi inquirendum erit. Quoad Etymon ejus, Instrumentum derivatur ab instruendo, quia Judicem de causa instruit; sicut documentum à docendo, quia Judicem docet vel informat de causa Vocabulum vero Instrumenti Iure Civili institutum & receptum esse, docent Tituli Cod. & ff. de fide Instrumentorum, ut plura testimonia hujus receptionis conquirere supersedere possimus.

s. II.

Instrumentum autem pro Synonymis agnoscit Documenta L. ult. C. de probat. L. 31. C. de Testam. Scripturas L. 11. C. qui potiores in pignor. c. 1. X. de fide Instrum. Literas L. 1. C. de jurej. propter calum. & tabulas, L. 1. §. hoc interdum ff. de tabul. exhib. unde bonorum possessiones secundum & contra tabulas sc. testamentorum dictæ vid. Calvini Lex. Jurid. ad verbum, Tabule.

s. III.

Ratione Homonymia, Instrumenti nomen in Iure nostro variè accipitur; vel enim generalissimè pro omni eo, quod aliquid instruit, sive quo Domus & prædium nostrum sit instructius; & hoc sensu vocatur Instrumentum domesticum & rusticum; quo collimat Tit. in ff. de fundo instructio & Instrumento legato. Hic verò nota, sub fundo instructo comprehendi omnia ad fundum pertinentia, quæ Pater. fami-

familias usus & ornamenti gratiâ ibi habet; non etiam, quæ tantum custodiæ aut venditionis causa ibi existunt; Sub Instrumentis vero intelligi ea, quæ fructuum quærendorum conservandorumq;e gratia comparata sunt. *vid. Lau-terb. Comp. L. 33. tit. 7.* Quandoq;ae etiam secundum etymologiam largè sumitur pro omni eo, quod causam instruit, *L. 1. ff. de fide Instrum.* & sic non tam Litteræ, quam testes, præsumtiones, juramentum, & quicquid demum Iudicem de causa instruit, sive informat, Instrumentum dicitur. *conf. Siebard. in Cod. tit. de fide Instr. pag. 381. §. 2.* verum h. l. vox Instrumenti propriè accipitur pro Scriptura ad alicujus rei probationem factâ, *L. contrabitz. 4. ff. de pignor.*

§. IV.

Instrumentum (ut illud generaliter definiamus) est scriptura ad rerum gestarum fidem comprobandam confecta. *vid. Perez. in C. b. 1. §. 1.*

§. V.

Primo Instrumenta dividuntur in *Publica & privata.* Publica vero talia sunt vel ratione primi Autoris, qui fecit, vel facere jussit. c. 2. X. *de fide Instrum.* hodie plerumq;e sunt durch die Stadt-Schreiber. Talia sunt Acta publ. Libri censuales, Catastra, Schatz-Schoß-oder Rent-Register/Erb-Anmpt-oder Gerichts-Bücher huc etiam pertinent Instrumenta à Notariis publ. confecta. Vel ratio-ne confirmationis: quo modo Instrumentum publicum dicitur, quod à Personis publicis est subscriptum. *pr. Ins. de Emt. vend. L. 8. §. 15. ff. quibus mod. pign. solv. vel sigillo publ. Signatum: modo constet de hujus voluntate, ad quem sigillum pertinet, L. 2. ff. de reb. alien. non alien. ibique Gl. cuius tamen consensus in dubio præsumitur præcipue in*

E

ff.

sigillis publ. quorum sanctior esse debet custodia, ut non nisi à personis juratis custodiri soleant. Vel quod Actis publ. est insinuatum *L. fin. C. de re iud.* His etiam annumeratur Instrum. privatum quidem, sed trium testium subscriptione confirmatum; nam & hoc effectum publi. ci Instrumenti habet *L. n. in fin. C. qui pot. in pign. quo- niam ob præsentiam probatae fidei testium pariter fraudis suspicio excluditur.*

S. VI.

Instrumentum privatum est, quod à privato & pri-
vatà autoritate factum est; cui impropiè Instrumentum
nomen attribuitur, quia communiter Scriptura, sive sche-
dula tantum audit; cujus tres species sunt: quarum pri-
ma dici solet Chirographum, quod in genere est scriptura
privata in débiti & crediti fidem facta *L. 14. ff. de non num.
pec. estque vel obligatorium ut chirographum in specie sic
dictum, quod est scriptura privata, quā debitor fatetur debi-
tum; & Syngraphum, quod fit inter pacientes in rei gesta
fidem, & proprie quidem quando negotium bilaterale ge-
stum & ab utraque parte subscriptio facta; uti fit in Em-
tione, Locatione, Societate, &c. Sic & Antapocha, quā
Debitor fatetur, se præstationes soluisse, & præmium præ-
stationi obnoxium esse *L. 2. C. de jur. Emphyt. L. 19. C.b.t.*
Verum etiam Antapocha dicitur, si Creditor, accepta pen-
sione, duas Epochas scribat, dandas Debitori, ut harum
altera apud ipsum remaneat, alteram subscriptam Credi-
tori reddat, quā vicem Antapocha sustinet. Cujac. *L. 13.*
C. de fid. Instr. Chirographum liberatorium vocatur Apo-
cha, quā est scriptura privata, quā Creditor fatetur, se à
Debitore pecuniam accepisse, quā etiam dicitur qui-
tantia, quia quietem ab ulteriori Interpellatione titibus,
& dif-*

& differt ab Antapochâ, quia hæc datur à Debitore, qui adhuc ex eadem causa in futurum obligatus manet ; illa verò scilicet Apocha à Creditore, cui Debitor ad nihil amplius ex eadem causâ obligatur, si totum solutum sit debitum. Altera Scripturæ privatæ species est Epistola, quæ est scriptura ad absentem directa, quâ ipsi aliquid denunciamus ipsumque de re aliqua certiore facimus. Ad tertiam scripturæ privatæ speciem referuntur Rationum Libri, qui sunt scripturæ cum Anno & die data & accepta continentis ; & conscribuntur vel ex necessitate officii publici, ut Quæstoris, qui Reditus publicos recipit ; pertinet quoque huc die Contributions-Rolle/ item die Schoß-Bücher. Verum tunc Instrumenta publica erunt : vel conscribuntur tales rationes ex necessitate officii privati ; ut Tutoris ; vel ex liberâ voluntate , ut in Negotiis privatis propriis.

§. VII.

Porro dividuntur Istrumenta in originalia sive authentica, qua primariò de negotio conscripta sunt ; & transsumta, quæ ab illis describuntur. Quod si fiat à privato dicuntur Copiæ ; si auctoritate Magistratus vel à Notario, dicuntur transsumta originalia seu authentica, & vidimus. Verum Ein vidimus, oder vidimur Copey est copia Instrumenti cum originali vel à Notario, vel etiam Judice collata, quod Notarius vel Judex testatur , se vidisse originale & illud omni ex parte integrum reperisse, *vid Stryckij Tract. de Jur. Sens. D. I. c. 1. n. 4.* Opponitur illi copia auscultata, quæ scilicet per lectionem collata ; sed in effectu unum idemque sunt. Eadem Divisioni obnoxia quoque sunt Notariorum Instrumenta, quæ vel sunt protocolla , vel transsumta sive Instrumenta. Protocollum

Verò (quod alias Imbreviatura vocari solet, quæ breviter in eo exponantur illa, quæ postea latius extendenda, *conf. Stryck. Disp. de jure protocolli c. i. n. 18. seqq.*) est brevis rei gestæ annotatio, memorie causæ factæ, ut exinde postea conficiantur Instrumenta, quæ in specie ita dicuntur, & omnibus solennitatibus & clausulis adhibitis componi debent. Si dissident protocollo & Instrumentum ex illo desumptum, major fides est protocollo, propter Regulam: propter quod unumquodque est tale, illud est magis tale. *vid. Zæsus in ff. L. 22. tit. 4. §. 5.*

§. IX.

Dividuntur quoque Instrumenta in Papyracea, & quæ ex Pergameno conficiuntur; Sed hodie parum interest, in qua charta Instrumenta conscribantur. §. 12. *Inst. de Test. Membranam quidem exigit Imp. Maximil. in Ordin. Notariorum de Ad. 1512. die Notarii sellen &c. ibi, auff Pergament und nicht. Pappier. Sed id Notariis tantum injunctum.* Alias pergamenum tantum adhibetur abundantis cautelæ gratiâ in Instrumentis perpetuō duraturis, utpote Literis feudalibus, Natalitiis, Nobilitatis alliisque: quarum Literarum fideli tamen nihil decedit, ut ut in chartâ conscriptæ sint. Denique Instrumenta quoque dividuntur in propria, & communia; quæ verò talia sint, & quorum Editio, & à quibus peti possit, jam explicare nolumus, ne extra oleas vagemur, Lectoremque *ad L. 2. tit. 13. de edendo remittimus.*

§. IX.

0197 Publica verò Instrumenta conficiunt Personæ publicæ vel qui Magistratum gerunt, horumque jussu die Stadt-Schreiber/ vel qui tantum ministerium Magistratui præbent; in quorum computum veniant Questores, Actua-

riiurati Cancellistæ, Verum ad quatuor Classem referenti
di erunt Notarii publici? Et *Carpe. Pr. Civ. v. 2. art. 3.*
z. 6. non dubitavit, illos Judicibus extraordinariis & irreg-
ularibus adscribere, hanc ratione, quod *Imperator* ipsius
concesserit non modo publicam Authoritatem, sed & qua-
lem quam Istitutionem vel saltē Notionem, vid. *Constit.*
Maximil. Imperat. de Notariis seu Tabellionibus de anno
1512. Quia itaqve jurisdictionem aliquam sive Notionem
in Actibus voluntariis exercent, vocantur Indices chartu-
larii *Gail. L. 1. obser. z. n. 13.* Et hinc ferè non minor fides
Notario in Actibus illis, quos coram se gestos esse, testa-
tur, quam Judici attribuitur, propter praestitum ab eo ju-
ramentum, sine quo nec Judici fides habetur. Notarii
vero sunt Personæ publicæ, autoritate Imperatoris con-
stituta, ut de rebus gestis, certæ & perpetuae memorie
gratiâ, Instrumenta conficiant. Dicuntur quoqve Ta-
bulatii & Tabelliones, differunt tamen aliquatenus ab illis
Tabulatiis, de quibus in Jure Civili sit mentio, vid. *Cra-*
jac. ad 15. C. de Decur. L. 2 ff. rem. pupil. salv. fore Nov. 44.
Quoties tamen jure Civili tabularius requirebatur toties
hodie recte adhibetur Notarius. Constituuntur vel im-
mediate ab Imperatore, vel medianibus Comitibus pa-
latinis ut & illis Academiis, quibus jura palatinatus con-
cessa sunt, uti Academias Fridericianæ, quæ Halæ floret,
& Chiloniensis. Constituti compelluntur ad Instrumenta
conficienda vid. ord. *Imperat. de Anno 1512. S.* Es ist auch
ein Notarius &c. quia officium eorum est publicum & hinc
nemini denegandum; modò tamen siant super negotio
licito: & contra denegantes decernuntur mandata cum
clausula, vid. *Mindan. de Mandat. L. 2. c. 53. §. 4. n. 15. 16.*
Notarii hodie sunt vel simplices, qui olim intra & extra

Cameram munus suum exercebant, vel immatriculati Cameræ Imperiali, qui hodie in Camera officium suum interponunt. *conf. Ord. Camer. de Anno 1555. p. I. tit. 30.* Privatorum verò Instrumentorum causa efficiens est persona privata, quæ privata autoritate talia conficit.

§. X.

Instrumenta veros fieri possunt de omnibus negotiis licitus: Nam si Notarius de illicitis conscriptis, punitur exilio, manus amputatis, si contra principem quid annotaverit, vel alia arbitraria pœna. L. 14. §. 3. C. de S. S. Eccles. oportet ut ipse Notarius viderit, vel audiverit, de quibus Instrumentum confidere debet. Ergo si partes, præsente Notario, fateantur, pecuniam numeratam esse, & Instrumentum desuper fieri rogent, non scribat Notarius, revera numeratam esse pecuniam, sed scribere necessarium habebit, Titum, se præsente, confessum esse, quod à Mævio e. g. 1000. Thal. acceperit. *vid. Stryk. Tr. de Jur. sens. Proam. n. 23. seqq.* Quæ autem Gustu vel Tactu percipiuntur, de illis Instrumentum fiat ex Relatione Testium. *vid. Ord. Imper. de Anno 1512. §. die Notarii sollen auch sich hütten &c.* Ergo scribera nequit, quod vinum fuerit Hispanicum, sed tantum, quod partes dixerint.

§. XI.

Negotia licita autem, de quibus tantum Instrumenta siant, sunt vel Actus inter vivos vel Actus ultimarum Voluntatum: Ad illos pertinent omnia contractuum genera, Distinctione quadam tamen adhuc adhibita; nam dantur contractus, qui necessarij & pro Essentia Scripturam requirunt: ita, ut scriptura desuper nondum consecuta, nec contractus perfectus dici possit, & semper poenitentiae locus relinquatur nec ex illo efficaciter agi queat; quod contingit in Emphy-

phyteusi Ecclesiastica; L. 14. §. 5. & Autb. bocjus C. de S.
S. Eccles. quod etiam praxis recepit. Mev. P. 3. Dec. 289.
non verò Civili, nisi ad meliorem probationem Scriptura
desuper facta sit, arg. L. 1. & 3. C. de jur. Empbyt. In Alie-
natione quoque rerum Civitatis Scriptura conficienda,
seu solenne alienationis Instrumentum; quod in ne-
gotiis Ecclesiae Civitatisque semper est necessarium.
vid. Stryck. Cautela Contr. Sect. I. cap. 3. §. 10. & 17. hoc
quoque referri potest contractus literalis, sive chirogra-
pharius, qui scripturam ad sui perfectionem requirit. vid.
pr. Inst. de Literarum obligationibus praxi quoque rece-
ptum est, ut vix majoris momenti res vendi soleat, nisi con-
fecto desuper Instrumento. Verùm hoc sit tantum pro-
bationis ergo, & venditio, utpote solo consensu constans
etiam ante scriptum Instrumentum perfecta est, ita ut ab
illa amplius recedi nequeat; nisi partes expressè convene-
rint, quod contractus sine scriptura valere non debeat, h.
e. quod non prius ex contractu obligari velint, quam Scri-
ptura fuerit perfecta L. contractus 17. C. de fide Instrum.
& tunc, Instrumento nondum consecro, ad hoc pñiten-
tiæ locus relinquitur: Nam contractus, qui aliàs perfe-
ctus & obligatorius fuisset, ejus tamen obligatio potest o-
mnino pacto contrahentium usque ad certum actum sus-
pendi. Idem quoqve obtinet in reliquis contractibus non
exceptis, in quibus Scriptura de substantia necessaria ita
non est, ut remoretur contractus obligationem, sed in du-
bio Instrumentum (melioris probationis causa) factum
præsumitur, nisi de alia contrahentium voluntate constet.
De actibus autem ultimarum Voluntatum Instrumenta
fieri, quotidiana Praxis testatur.

§. XII.

Cum forma cuiuslibet rei bene attendenda sit, quoniam dat esse substantia, & res ab aliis distinguit, etiam nostrum erit, formam Instrumentorum secundum divisionem in s. 5. & 6. hujus Capitis allatam accurate confidere: Ibi autem dividuntur in publica & privata; Illa sunt talia vel ratione Autoris; quo pertinent Attestata Magistratus quando imploratur ab aliquo, ut velit testari de Actu aliquo coram se gesto: & talia Attestata solent plurimumque von denen Stadt-Schreibern vel Secretariis scribi & subscribi, Sigillo Magistratus apposito; in nonnullis verò Locis vel planè non subscribuntur & tantum Sigillum Civitatis imprimitur vel à Consulibus tantum subscribi solet; item Libri Rationum quibus Questores Reditus publicos inscribunt, benè distinctis datis & Acceptis, expresso Anno & die, adjectis etiam nominibus solventium, Parter Acta publica, seu Judicialia ab Actuariorum conscienda sunt fideliter & diligenter, competenti ordine, designando tempora & personas, eorumque originalia in Judiciorum scrinio conservanda sunt, ut si super Processu Judiciorum Lis suborta fuerit, per hæc veritas declarari possit cap. quoniam II. vers. statuimus X. de Probat. Actis publ. æqui paratur Calendarium Eccles. Kirchen-oder Tauffbücher/ ex quibus matrimonium ritè contractum & Nativitas doceatur, ut praxi quotidiana receptum est; conscribitur autem hujusmodi calendarium à Pastore, expressis nominibus & cognominibus copulandorum, & Baptizandorum nec non testium praesentium cum Anno, mense & die, item loco in quo talis Actus celebratus fuit; quod custoditur in templo ad preces eujustilibet, qui inde se informare cupit, aperiendum. Instrumenta à Notariis publ. confessa,

Ita huic quoqve referri posse dubio caret. Verum, ut illo-
 rum Forma recte observata dici possit, multæ requi-
 runtur, solennitates à Gl. ordin. in L. generali. 3. C. de Ta-
 bular. recensitæ. 1.) Initium fiat ab Invocatione Numinis
 divini; quod jure quidem Civilis necessarium non est, li-
 cet Imperator Institutiones, ut & Legem unic. Cod. de of-
 ficio perfecti pretor. Afric. ita ordiatur: verum moribus
 hodiernis hoc negligi nequit propter Const. Imperator de
 Anno 1512. §. und nach dem &c. 2.) addatur Annus Christi.
 Quaritur vero an hic omitti possit, si Notarius inter Chri-
 stianum & Judæum vel inter duos Judæos Instrumen-
 tum conficiat? & Respondetur negando: nam dum to-
 lerantur in Rep. Judæi, se tamen in civilibus illius Con-
 stitutionibus conformare debent. 3.) Indictio Romana,
 quæ retenta fuit in memoriam primæ Indictionis sub
 Augusto Imperatore tempore Nativitatis Christi. 4.) No-
 men Imperatoris regnantis item anni illius Imperii atqve
 Regnorum. In Italia Nomen Pontificis & anni illius Pon-
 tificatus exprimitur. 5.) Tempus, sc. mensis, dies & ho-
 ra; item Locus Loci ie, non tantum Civitas exprimenda,
 sed & Domus in illa Civitate, ejusqve conclave ubi nego-
 tium gestum. 6.) Summaria negotii narratio cum omni-
 bus ejus circumstantiis: Nam Instrumentum, cui nego-
 tium insertum, non est, nihil probat, c. 14. X. b. t. L. 25. §.
 fin. de prob. 7.) Requisitionis quoqve mentio injicienda
 est: Nam Judex chartularius officium suum impetriri non
 debet, nisi imploratus; multominus se ingerere. 8.) No-
 mina & cognomina testium, qui Instrumento inscribu-
 tur. Numerus vero testium pro diversitate actuum va-
 riatur; si autem de hoc nihil certius jure sit dispositum, suf-
 ficiunt duo L. 12. ff. de testib. 9.) Subscriptio & subsignatio

*d. s. Confit. Imperat. cuius omisso totum Instrumentum
vitiatur; quod quoad Notarium expeditum est: si vero In-
strumentum sit holographum, illius subscriptio non sem-
per necessaria est vid. Strick. Annot. ad Laut. Comp. L. 22.
tit. 4. ad verba: totum Instrumentum. Verum signum
Notariatus ut accedit, summae necessitatis est, alias ta-
li Instrumento saltem semiplene probatur. Carpz. L. 3.
Reff. 85.*

s. XIII.

Visa forma Instrumentorum ratione Autoris publi-
corum, jam inspicienda erunt Formalia illorum, quae ra-
tione confirmationis publica sunt. Et talia sunt Instru-
menta à personis publicis subscripta, vel sigillata, uti di-
ctum. Verum quia illorum solennia ex præcedenti §.
huc quoque referenda, præter subscriptiohem & subsig-
nationem nihil requirunt: item Instrumenta Actis publi-
cis insinuata; quo pertinenter venditiones Do-
mum aliarumque rerum immobilium, petente utraq;
contrahentium parte, judicialiter constituta, & peculiari
Judicij Libro inscripta: quod non tantum Jure Sax. sed &
patrio observatur, vi Ord. Procel. Vratisl. art. 46. Reichun-
ge der Häuser und anderer liegende Gründe werden in unser
Stadtbuch verzeichnet / und in die Gerichte gezeuget / sol-
len derohalben mit Gerichts-Briessen oder dem Stadt-
Buche wahrgemacht werden. Actis publicis etiam inseruntur
Instrumenta, ultimarum voluntatum sive Testamenta,
quod his observatis formalibus fieri assolet: I.) Testamentum
ab ipso teste, non alio offeratur in Judicio.
Carpz. p. 3. c. 3. def. 23. quod tamen in patria aliquatenus
mutatum videtur, ubi testamenti tabula Judici per
Notarium cui in specie testamentorum confectio inducta
est,

est, exhibentur. Nam ita se habent verba unser Proces-
Ordnung art. 40. Testament werden vor uns gezeuget /
durch die / denen wir darbey seyn zugelassen i. c. 2.) Præsens
Testator declarat, hanc esse suam voluntatem. *Carpz. cit.*
loco def. 28. annexo petiro, ut Judex illam Actis publ. in-
sinuante velit. 3.) sequatur Insinuatio ipsa , quæ fieri solet,
ita, ut involucrum addatur & nomen illius, qui testamentum
exhibuit , ipsius dorso inscribatur, & subiecto sigillo judi-
ciali , in scrinio judicij usque ad tempus Apperturæ custo-
diatur. 4.) Judex de super breve testatum , quo confite-
tur, e. g. Titium apud se testamentum suum deposuisse
dare solet, ut hæredes scire inde possint, ubi illud recon-
ditum sit, & repetendum. *Mancius de Testam. Tit. 4. Qv.*
8. & *Esbach. ad Carpz. P. 3. Consf. 3. Def. 28. in f. præten-*
dunt quidem Testatori, scriptum testamentum offerenti,
illud à Judice necessariò prælegendum esse verum id ne-
gatur arg. L. 19. C. de Test. Ord. nisi testator literarum pe-
nitùs sit imperitus vid. *Carpz. L. 6. Resp. 9.*

§. XIV.

Hactenus de formalibus Instrumentorum publico-
rum : In privatis autem nulla specialis solennitas requiri-
tur L. 34. §. 1. ff. de pign. exceptis Libris Rationum, tam
Mercatorum, quam aliorum ubi requiritur i.) ut merca-
tor vel opifex sit vir illæ famæ & integræ frontis. 2.) da-
ta & accepta distinctim designaverit, 3.) causâ debiti, 4.)
Anno dieqne expressis. Sic constitutum legitur in der
Bresl. Proces- Ordnung art. 40. von Kauffmans- Bü-
chern und andern Handtierenden Personen Registern post
aliquot antecedentia verba : Jedoch ist ein Kauffmann ei-
nes Erbarn Lebens/ Wandels / und guten Leynits / wel-
cher seine ordentliche richtige Handelsbücher / Kauffmans-

§ 44. §.

Brach gemäß hält ; darein er nicht allein die Schulden / welche andre ihm / sondern er auch andern zuthun / mit Bezeichnung des Jahrs - Monaths und Tages / und Ausdrückung der Ursachen der Schuld / bezeichnet.

s. XV.

Cur autem & ad quem finem haec tenus memorata Instrumenta conficiantur, plures esse possunt causa. Nam Primo certum atque indubitatum est hominum memoria ad eo labilem esse, ut brevi interfecto tempore, obliviscantur negotii gesti circumstantias, nec nos in his terris dudum superesse posse, verum alios nobis successaros ita, ut minori unius seculi spatio totus ferme mundus quoad Inhabitatores suosalius sit futurus. Quoniam itaque ex obliuione & Ignorantiā teruti ab Antecessoribus nostris gestarum, nullis illarum vestigiis extantibus, oriri possent multa litigia, melius nobis & posteris consuli non potest, quam actibus nostris in scripturam redactis : Vox enim audita perit aet litera scripta manet. Et hoc remedio non solū labilis nostra memoria adjuvatur, sed & notitia contractuum a nobis celebratorum ad posteritatem transfertur.

s. XVII.

Secunda causa, cur Instrumenta fieri cōperint, est malitia hominum, negantium factum, quod tamen revera ab ipsis gestum est. Nam perversa natura quasi conformatum videtur principium illud spurium : Nega si fecisti. Et si quidam conscientiores patati sunt ad confitendum omnia, quae fecerunt & negare nequeunt, haut tamen de sunt hodiernis moribus perversis laxatae Conscientiae causidici, qui clientulos ad negandum ea, quae vera cognoscunt, malitiosē inducunt, imò etiam agnita & confessā

revo-

revocare, svadent: Quod itaque huic malitia occurritur & protervè negantes de actibus suis convinci possint, hodie fere super quovis contractu alicujus momenti scriptura confici solent. Ex hac vero ratione sua sponte manat tertia impulsiva scripturarum causā: nam si per illas malitiæ negantium ita occurri debet ut illa nocere non valeat, sequitur, quod tales scripturæ Judici factum negatum probare possint; Hic ergo datur ansa in seqq. §. §. de Effectu Instrumentorum agendi, sive quantum fidei illa Judici faciant.

§. XVII.

Instrumenta publica probant plenē. L. 30. 31. C. de Do-
nat, adeò ut à Magistratu facta præferantur testibus, L. 10. ff.
prob. quia sèpius subornari solent: quod approbatur quo-
que in der Bresl. Procels Ordnung art. 46. in fin. his ver-
bis: Unser Raths- Schöppen- und Gerichts-Büchern aber
soll in Beweisung vollkommener Glaube gegeben werden.
Quod tamen de originalibus intelligitur; nam nudæ copiæ
nihil probant; ut ibidem quoque art. 47. von Copeyen
ur; d vidimus statutum his verbis: Keiner Abschrift und Co-
pey wird Glauben gegeben / sie werde dann mit ihren Ori-
ginalien / Stadt- oder Gerichts- Büchern bekräftiget. A
Notario facta Instrumenta æquipollent testibus L. 15. C. b. t.
verum in patria contrarium observatur: Nam in lauda-
rà Ord. Proc. Vrat, ita art. 46. constitutum est: Instru-
ment, so durch Notarios publicos gemacht werden / sind
bey diesen Gerichten niemals in Brauch gewesen / noch vor
kräftig angesehen worden: darbey wir es auch nachmals
lassen gewenden. Quia vero jam dictum est, Notario-
rum Instrumenta, si solennia prescripta probè observata
sunt, Judici extra meam Patriam fidem plenam facere;

non immeritò quæri solet, an quoque Doctor Juris publicè creatus & juramento ad Justitiam administrandam obstrictus, qui tamen Notarius non est, solenne ac publicum Instrumentum confiscere possit, idque eadem, ac si à Notario factum esset, mereatur fidem? Et puto, quod non. 1.) quia ad formam essentialē Instrumenti publici requiritur, ut si nec autoritate Judiciali, nec testibus fuerit munitura, ad minimum à Notario publice constitutum. Cum verò Doctor Juris, quā talis, Notarius non sit, forma, quæ ad amissim semper adimpleri debet, observata dici non potest. 2.) Notarius dicitur Iudex chartularius, quia qualēm qualēm habet jurisdictionem, propterquam illius Instrumentum quoque tantam fidem meretur; verum hoc de Doctore Juris, quā tali prædicari non posse certum est. 3.) Fidei Notarii fermè omne pondus accedit ex iurejurando, ad solennem Instrumentorum confectionem specialiter præstito. Sed cum hoc in Dd. Iuris quā tali desit, & juramentum generale de Iustitiae Administratione in solenni Promotionis Actu præstitum haud sufficiat, sequitur, illius Instrumentum, ad modum ejus, quod à Notario publice fit, valere non posse. Alia adhuc Quæstio occurrit, si Notarius inhabilis sit, an valeat Instrumentum ab ipso conscriptum? de cuius affirmativā non dubitatur; modò Notarius talis titulum hubuerit, arg. L. Barbarius 3. ff. off. præt. Nam communis Error efficit, ut videatur Princeps, aut Comes Palatinus, qui talem creavit Notarium cum eo dispensare & rata habere velle ab ea gesta, L. 57. ff. de re judic. licet post Instrumentum factum vitium Inabilitatis appareat; sufficit tamen quod tempore facti Instrumenti pro habili reputatus fuerit, d. L. Barbarius verum aliter res sese habet

bet cum putativo Notario, qui ad hoc creatus non est, sed titulum usurpavit seque ingesit. *vid. Sichard. ad L. 4. C. b. s.*

§. XVIII.

Quod vero Instrumenta Notariorum extra Patriam meam plenam fidem habeant, hoc tantum de originalibus intelligendum nam a Notario descripta i. e. vidimata, collata, auscultata semiplenè tantum probant, & indigent Juramento supplectorio *L. 2 ff. de fid. Instr. C. r. X. cod. Berlich. Decis. 100.* nisi tale vidimus in judicio factum sit, tunc enim illi plena habetur fides, & sic quoque statuit die Bresl. Process-Ordnung art. 47. von Coveyen und vidimus his verbis: Des gleichen haben vidimus regulariter keinen vollkommenen Glauben/ sie werden dann mit ihrigen originalien bekräftiget/ oder aber werden vidimret und ausgezogen bey den Gerichten/ oder Obrigkeitens/ es sey das Gegentheil ciuirt/ oder nicht; als dann wird denselben vollkommener Glaube gegeben. Pariter quoque copia a Comite quodam Palatino, vidimata plena fides habetur ac tanta autoritas, ac si a Principe quodam Imperii vidimata esset. *vid. Dn. Stryck. Caut. contr. S. 2. c. 7. §. 16.* ubi quoque Diploma palatinatus sibi indultum exhibet: Quid si vero Instrumento obligationis clausula inserta ut copia, tanquam originali standum sit, an illa hoc casu plenè probabit & Dn. Stryck. in *Caut. contr. Sect. I. r. 6. §. 10.* *S. 2. r. 7. §. 14.* affirmativam defendere conatur, modo copia talis a Notario vidimata sit. quomodo vero caute Exemplificatio sit instituenda, idem tradit *S. 1. r. 6. §. 10.* Quemadmodum vero Copia a Notario sine producto originali plenè non probant, uti jam dictum, sic quoque pari ratione Instrumentum se ad aliud referens, nihil probat, nisi Instr. relatum, quod se instar originalis habet, producatur.

vid.

§ 48. EGI

vid. Autb. si quis C. de edendo. & Nov. 119. c. 3. Carpz. pr. Tit. 2.
 art. 3. n. 87. & tit. 14. art. 5. n. 13. cum quo etiam conspirat
 unsre Process. Ordnung art. 46. Thut ein Instrument/ oder
 brieffliche Urkund von einer andern melden/ auch sich darauff
 ziehen/ so wird denselben Articul nicht glauben gegeben/ es
 werden dannu beyde produciret und furbracht/oder auffs we-
 nigste ein vidimus des andern. Adeo ut idem quoque
 dicendum sit de Principis Rescripto ad aliud se referente,
 Carpz. d. l. n. 19. nisi contrahentes in Instrumento referen-
 te convenerint de eo, quod in relato est peractum; nam
 tunc ex referente obligabuntur, licet relatum non exstet,
 L. 1. ff. de pactis L. optima. 14. C. de contr. & comm. stipul.
 Denique communiter dicitur, Exempla ex Archivo publi-
 co prolatâ plenè probare. Carpz. pr. tit. 14. art. 5. n. 43.
 Laut. comp. L. 22. tit. 4. p. 429. verum Dn. Stryck. ibidem
 in verbis: plenè probant: contrarium verius esse conten-
 dit, quia solus locus, vel sola copia custodia obligationi
 vim originalis tribuere non potest. nisi 1.) copia sit antiqua
 2.) noti alicujus secretarii ex Cancellariâ manu, auctorita-
 te magistratus conscripta & registrata. 3.) Consensu par-
 tium approbata, aut 4.) pars adversa contra eam nihil op-
 ponat.

§. XIX.

Licet vero Jure Civil. Instrumenta publ. plenè pro-
 bant, tamen causam non determinant, h. e. non qualifi-
 cant Actionem in Instrumento comprehensam, sed hæc
 ordinariam suam naturam retinet, nec paratam habent
 Executionem; verum semper ordinario processu debitum
 petendum L. 1. 2. C. de Exec. rei. jud. L. 9. C. de O. & A.
 nisi 1.) pacto in hoc conventum; Recess. deput. de Anno
 1600, §. ob auch auff obligationes &c. quòd pertinet clausula,
 obli-

obligationibus inseri solita, sub pacto Gvarentigii. & pae-
ratisimæ Executionis. Vel 2.) consuetudine hoc introdu-
ctum sit. Sic in terris Saxonis omne Instrumentum li-
quidum, ex quo constat, quid, quale, quantum, cui, à quo,
& ex qua causa debeatur, non vitiosum, paratam habet
executionem, modò recognitum sit: in confessum enim nul-
la sunt alia partes Judicis, quam ut condemnet. Et talia
dicuntur Guarentigia, h. e. benährte Instrumenta, quia
scil. plenam securitatem quoad debitum continent, & il-
lis nulla potest opponi Exceptio, *Stryck. ad Laut. Comp. L.*
22. tit. 4. ad vocem: guarentigia.

s. XX.

Hucusqve de Effectu sive probatione Instrumento-
rum publicorum: Privata verò vel sunt à tribus testibus
subscripta & itidem plenè probant *L. 11. in f. C. qui pot. in*
pign. verum hæc quia effectum publicorum habent, etiam
illis accensentur; vel non sunt ita subscripta, & proscri-
bente non probant *L. 5. C. d. prob.* cuius elegans ratio in
L. 7. C. de prob. assertur ab Imper. Gallieno, ita re-
scribente: Exemplo perniciosum est, ut ei scriptura creda-
tur, qua unusquisqve sibi adnotatione propriâ debitorem
constituit; unde neqve fiscum, neqve alium quem-
libet ex suis subnotationibus debiti probationem præbere
posse oportet. Cum qua *L. convenit*, *L. ult. C. de conven-*
fisci debitoribus Huic accedit, quod nemo in propria
causa testis esse possit idoneus, sive quicquam deponat vi-
vâvoce *L. omnibus 10. C. d. testibus*. Sive scripturâ privatâ.
Novel. 73. cap. 3. Talis scriptura privata quemadmodum
non prodest scribenti, ita nec alteri oberit, licet accuratis-
simâ *L. rationes 6. ff. de probat.* Hinc testamento, licet
sanctè & religiosè à morituris confici solito, quo scriptum,

G. ali-

aliquid suum esse, vel à quopiam sibi quid deberi, non statbitur sine aliâ probatione, d. L. 6. Duo tamen dantur casus quibus etiam scriptura privata, pro scribente probat: primo hoc efficit pactum inter contrahentes, ut scriptura privata pro scribente probet, si scil. expresse convenierint de stando privatæ scripturæ. Barthol. in L. ult. ff. de præt. stipul. Secundus casus dari potest, quando scriptura privata quæ duo connexa continet, unum pro scribente, & alterum contra eum, sine protestatione, (quæ alias in eo consistit, quod hanc scripturam tantum quoad utilia & pro se producere & agnoscere velit) productur, & producens quod sibi favorabile est, acceptat, quia hoc ipso alteram quoque partem pro scribente facientem, dum illi non contradixit, approbasle censemur. *Mascard. de probat. conclus. 626. n. 20.*

§. XXI.

Quamvis autem regulariter scriptura privata pro scribente non probet, tamen ab hoc regula excipiuntur Rationes Mercatorum; quibus propterea quod multorum fidem sequi debeant, semiplena fides habetur; modo 1.] Mercator sit vir integræ famæ, 2.] Rationes contineant Data & Accepta, 3.] semper adjectam habeant causam debendi; item annum, mensem & diem, quibus aliqui addunt, ut ab ipso Mercatore sint scriptæ, *Gail. L. 2. obs. 20. Carpz. p. 1. c. 17. d. 35.* Admittuntur quoque si à jurato eius Ministro, dem Buchhalter facta Inscriptio fuerit, addie Bresl. Procesc-Ordnung art. 49. von Kauffmans Büchern und andern handtirenden Personen Registern; ubi adicit omnibus ibi enumeratis Requisitis adhuc aliud, ut sc. debitum non sit immodicum; his formalibus: Obwohl Privat-Verschreibungen/Bücher und Register denen von

von welchen sie geschrieben/ zu gutte in gemein nichts be-
weisen ; sondern alleine wieder sie : Jedoch 1.) ist ein Kauff-
man eines aufrichtigen erbaren Lebens/Wandels und gute
tem Leymuts/welcher seine ordentliche richtige Handels-
Bücher/Kauffmanns Branch gemäß hält/ 2.) darein er
nicht allein die Schulden/welche andre ihm/ sondern er auch
andern zuthun/ 3.) mit Benennung des Jahres-Monaths
und Tages/ 4.) und Ausdrückung der Ursachen der Schulde/
einzeichnet/ 5.) und die Schuld/ darüber gestritten wird/
nicht über mäßig/und das Gegenthil folche Bücher und
Register/ durch keine gegen Beweisung/ oder rechtmäßige
Vermutung/ kan ablehnen : So wird/ ihnen in Sachen/ ihr
Gewerb und Handtierung betreffende so viel Glaubens
gegeben/dass sie für einen halben Beweis zu achten sind. Sup-
plet ergo Mercator, [Institor oder der Buchhalter si hic
solus inscriperit ; alias ambo jurare tenentur.] horum si-
dem, juramento, vel uno teste idoneo, *Carpz. p. 1. c. 17.*
d. 35. 36. Mortuo autem Mercatore & teste deficiente, jura-
bit hæret suppletorium credulitatis. *Carpz. L. 6. Reff. 121.*
Haecenus de Libris Mercatorum legitime conscriptis qui
tantum semiplene probant: verum apud nos quoque da-
tur casus, ubi Libello separato, cui mercator credens con-
creditas merces inscripsit, adiectâ Inscriptione, quod ad
se hic Libellus pertineat; & debitori dato & apud ipsum
invento, si cum rationibus Mercatoris Creditoris conve-
niat, plena habetur fides : qui casus in der Brefl. Process-
Ordnung art. 49. in f. continetur his verbis: Giebet ein
Handelman deme / welcher von ihme wahren auf Borg
nimt/ ein Büchlein/ barein er/ oder seine Diener die geborg-
ten Wahren einschreiben/ und auf das Büchlein gezeichnet
wird/ daß ist des/oder des Büchlein ic, und solch Büchlein

mit den Handels-Büchern überein stimmt/ so macht es/ gegen deme/ welcher es angenommen und bey deme es befunden wird/ einen vollen Beweis.

§. XXII.

Contra scribentem vero Scripturam privatam, dummodo causam debendi contineat, probare, expeditum est apud omnes. vid. cap. 2. X. de fide Instr. L. publica 26. §. 2. inf. ff. depositi. Ast oportet, ut scribens eam pro suâ agnoscat, vel ut per insertos testes probetur, illius esse; de quo plenius cap. ult. agetur. Sic quoque cautum est, in unsrer Process Ordnnung art. 47. von privat Verschreibungen: Eine ißliche Handschrift / darzu sich der Schreiber bekant/ oder aber durch inserirte gezeugen/ daß es seine Handschrift sey/ beybracht wird/ ist wieder den Schreiber ein vollkommlicher Beweis.

§. XXIII.

Instrumentorum contraria sunt, quando primo illa amittuntur; & queritur an amissio Instrumenti noceat parti? & respondeatur in variis tituli C. de fide Instr. Et illo. amiss. Constitutionibus, eam non nocere, modo aliunde Instrumenti tenor probari possit. Non enim Instrumentis res geritur, sed illa ideo consciuntur ut res gesta facilius probetur, unde amissis licet scripturis, tamen adhuc exactio debiti ipsi salva & integra erit, si aliis probandi mediis de debito constare posit. vid. Perez. inc. L. 4. tit. 21. §. 27. item Disp. Dn. Stryckii de amissis Instrum. c. 1. n. 33. seqq. Et L. 1. C. b. t. ubi dicitur, Debitores tuos qui buscunq; rationibus debere tibi pecuniam, si probaveris, ad solutionem compellat aditus præses provinciæ: nec oberit tibi amissio Instrumentorum, si modo manifestis probationibus, eos debitores esse, apparuerit. Cum quâ

L.I.

L. i. coincidit die Dressl. Process-Ordnung art. 46. pr. ~~162~~
Statuens: Beweist der Kläger seine Schuld / kan sich der
 Beklagte oder Schuldiger der Zahlung nicht wegern / da-
 rum / daß der Gläubiger den Schuld-Brief verloren / oder
 nicht bey sich hat ; sondern mus sich an gebührlicher Zeit-
 tung und aufrichtiger Zusage / so bald er den Schuld-Brief
 bekommt / dem Schuldiger zuzustellen / gnügen lassen.

§. XXIV.

Instrumenta autem amittuntur vel culpa Adversarii
 vel propriâ, vel casu fortuito. Culpâ Adversarii amitti-
 tur Instrumentum, si illud contra te in judicio protuli, vel
 si tu me rogaſti privatim, ut tibi illud ad videndum com-
 municarem, tu vero illud statim discerpiſ, ita ut facto vel
 culpâ tua illo priver; & tunc per L. si de possessione. 20. C. b. t.
 sufficiet, probasse factum tuum, quod sc. Instrumentum
 meum dilaceraveris. Hoc facto præsumtio oritur con-
 tra illum, qui discerpsit, illum debitorem in Instrumento
 dilacerato scriptum fuſſe; quæ efficit, ut mihi Juramen-
 tum supplectorum ad probandum Instrumenti amissi te-
 norem deferatur. *vid. Sicbard. in C. L. 4. tit. XI. p. 383.*
 Si culpa mea Instrumentum amiserò, illa vel caret vitio,
 ut si ex quadam facilitate tibi Instrumentum cancellatum
 reddidi, tunc necesse habeo præsumtionem illam, quæ
 pro habente Instrumentum cancellatum militat aliis pro-
 bationibus elidere, L. Labeo in fine ff. de patib; aut si in tua
 præsentia spe futura numerationis Instrumentum scidi; &
 tunc mihi imcurribet probatio, me spe futurae Numerationis,
 non verò animo extingvendi debitum, illud cor-
 rapiſſe, L. si obirographum. ff. de prob. Si verò culpa mea
 amittam Scripturam, & hæc quid vitij habeat; e. g. si illam
 in ignem , nemine me cogente, conjicio, vel alio modo

volens perdo, tunc gravo me maximis oneribus ad probandum contrarium *L. Celsus ff. de prob.* Tandem Instrumentum amittitur casu fortuito, cuius Exemplum extat in *L. sicut iniquum 5, C. de fide Instr. de Instrumento vi ignis consumto.* Iniquum verò esset, ut propter Instrumentum ita perditum Debitor solutionem Quantitatum debitarum renuere possit: nam dum casus fortuitus ita in *L. 6. C. de pignor. act.* definitur, quod sit inopinatus evenitus, qui consilio humano ab eo, qui eum patitur, non potuit præcaveri; iniquum esset, ut talis casus fortuitus Creditori imputari & amissionem debiti operari posset. Attamen d. *L. 5.* dicitur, non statim casum tam querenribus facilè esse credendum, quoniam sub prætextu amissionis Instrumenti per casum fortuitum causata fraus in alterius præjudicium committi & prætendi posset debitum, quod nunquam contractum fuit. Hinc eadem *L. 5.* ita pergit dicendo: Intelligere itaque debeatis, non existentibus Instrumentis, vel aliis Argumentis vos probare debere, fidem, i.e. veritatem precibus vestris adesse. Preces verò Prisci & Marci Militum ad Imperatorem Gordianum erant, ut ipsis licet, amissis licet Instrumentis, Quantitates debitas petere. Quoniam itaque duo affirmabant, amissionem Instrumentorum per casum, & ipsis aliquid deberi; hæc duo per legitimas quascunque rationes & alia argumenta ab Imperatore jubebantur probare.

S. XXV.

Alterum Instrumentorum contrarium est, quando illorum fides infringitur, quod contingit vel Extrinsecus, i.) contrarium offendendo, si, uti verba sonant *L. 14. C. d. fide Instr.* Scripturæ diversæ fidem sibi invicem derogantes, ab unâ eademque parte prolatæ; quia sic nihil

fir-

finitatis habere poterunt. Modò ambæ sint publicæ, ut rectè Gl. ad eandem L. limitat. Nam si altera est privata, statur publicæ, tanquam potiori. Hinc si proferam duo Instrumenta publica in quorum uno legitur, me emisse Fundum Tusculanum, in altero verò, illum mihi donatum esse, neutri stabitur per d. L. 14. 2.] Fides Instrumenti in dubium vocatur, si illius charta successu temporis ita corrupta sit, ut Legi vix possit; nam quod non potest legi, non debet intelligi. 3.) Fides Instrumenti suspecta redditur, si Rasura Cancellatio vel litura in parte substantiali commissa sit, e.g. circa Annum, Diem, Summam debitam, & reliqua Contractus essentialia. Si tamen aliquid in Instrumento radendum fuerit, Cautela est ad servandam scripturæ fidem, ut in subscriptione ejus mentio fiat. conf. Ord. Notar. §. dicitur Notarii sollem &c. Rasura enim, de qua in subscriptione mentio injecta, non vitiat. Porro suspectum habetur Instrumentum maculis conspersum. 4.) Interlinearis vel marginalis scriptura in loco suspecto & substantiali negotii concernente, falsitatem quoque Instrumenti arguit. vid. Ord. Notar. d. §. nisi iterum hac de re in subscriptione mentio facta. 5.) Apostilla hoc est scriptura, quæ in fine Instrumenti subjicitur & nobis Postscriptum audit, etiam Instrumentum facit suspectum. Hinc observandum, si completo jam Instrumento, quædam adhuc per modum Postscripti sint superaddenda, necessarium esse, ut hoc P. S. perinde ac ipsum originale antescryptum à partibus subscribatur & subsignetur. Alioquin autoritas P. S. si suspecta erit. 6.) Ex chartarum Diversitate, ut si sint diverse, quædam longiores, breviores, crassiores, latiores strictiores, &c. erui solet falsitas. Idem dicendum est de atramenti & Cala-

mi diversitate , quæ in parte suspecta apparet. Sic Dies & Annus diverso Attramento scripti inducunt præsumptionem falsitatis , quæ eo certior erit , si concurrat diversitas manus. Tandem 7.) Instrumenti fides corruit , si sigilla corrupta , aut fracta sint.

§. XXVI.

Quandoque Instrumentorum fides Intrinsecis infringitur , quod sit duplii modo ; vel quoad solennia , vel quoad causam ipsam : Primum , scilicet quoad solennia contingit , quando Formalia , de quibus in §. 12. 13. 14. hujus cap. latius actum , tam in publicis , in specie sic dictis quam in publicis Notariorum & privatis non ritè sunt observata : quæ omnia , ne Crambem bis coctam apponamus repetere hic nolumus.

§. XXVII.

Secundò quoad causam ipsam infringitur Instrumenti vis & efficacia , si scilicet causa simulata est , hoc est aliud actum , quam scriptum sit. Et hoc pertinet totus titulus C. plus valere quod agitur , quam quod simulate concipitur , exceptâ L. ult. quæ de falsa causa Instrumentorum , de quâ deinde aliquid dicendum , agit. Aliud verò agitur quam scribitur 1.) per Errorem , & hujus casus reperitur in L. si quis in fundi vocabulo . 4. ff. de Legatis 1.) Si scilicet Testator in Testamento scribere voluerat , se legare fundum Cornelianum , & per Errorem scripsisset , sempronianum ; quo casu veritatem Errori prævalere , non dubitatur , si illa aliunde appareat. 2.) Agitur aliud & scribitur aliud , si ab unâ saltem parte Instrumento fraus adhibeatur ; quod in falsitatem scripture incident , de qua deinde. 3.) Aliud agitur quam scribitur , quando partes inter se de simulatione convenientiunt ; & talis fraus Instrumento facta vero & proprio nomine appellatur

Iatur simulatio, quæ iterum tribus modis committitur.
 1.] De Re ad Rem. Quod contingit cum simulatur, hanc rem in contractum venisse, cum tamen revera alia, & quidem prohibita intervenerit: exemplum est in L. sed Julianus 7. §. mutui, ff. ad SC. Maced. cum filio familias in fraudem hujus SCti frumentum, Vinum, vel oleum mutuo datur, ut his distractis fructibus utatur pecuniâ, quam ipsi mutuò dari prohibitum erat. Qui Contractus in specie vocari solet Mohatra, de quo Disputationem B. Ziegler conscripsit. 2.) Fit simulatio de Contractu ad contractum, quando re ipsa contractus prohibitus celebratur, & tamen aliis contractus licitus in instrumento ponitur. Talius casus est in L. Emitione 3. C. d. t. plus val. quod agitur &c. ubi in rei veritate contrahebatur pignus sed simulatè Litera de emtione venditione concipiebantur. Hujus simulationis causa impulsiva erat, quod Imperator Constantinus in L. fin. C. de paci. pignor. Legem Commissoriam, pignoribus addi sositam infirma verat, ejus omni memorâ in posterum abolitâ. Creditor usurarius itaque haud necius, pactum commissorum non quidem pignori, bene tamen emtioni venditioni adjici posse, simulabat domum, quæ tantum pignoris loco in debiti securitatem tradita erat, sibi venditam esse, & sic de emtione domus instrumentum fieri curabat, adjecto pacto intra certum tempus retrivendendi. Ex quo apparet, quid moverit usurarium, quod magis factè de Emtione, quâm secundum veritatem rei gestæ de pignore Instrumentum erigi voluerit: licet Glossa ad d. L. Emitione 3. alias tres rationes designet, quarum prima est, ut per contractum emtioni interim lucrari possit fructus, quos in pignore suos non fecisset. Secunda, ne, Emtioni Contractu interveniente, cognoscatur,

quantas usuras inde percipiat, dum pro domino emta do-
mus reputatur & fructus illius jure Dominii percepsisse vi-
detur, ut sic nemini mortalium de illis rationes redde-
re teneatur: Nam si contractui pignoratitio pactum an-
tichreticum, quo Creditori jus re pignorata utendi fruen-
di conceditur, vel tacite vel expressè adjectum fuisset, fru-
ctus certos solummodo suos facere potuisset ad legitimum
usurarum modum, excedentes vero imputari debuissent
sorti vid. *Laud. Comp. L. 13. tit. 6. & Dn. Stryck. ibidem.* Tertia
Glossæ ratio est, quod usurarius timuerit Jus Can.
quod usuras prohibitas non esse solvendas & solutas re-
petendas statuit.

§. XXVIII.

Tandem 3.) sit simulatio de Persona ad personam; quando ego per me aliquid propter prohibitionem Legis facere non possum, & tamen fieri volo, curo tunc scribi in Instrumento, quasi per alium factum fuisset *L. Acta.*
2. & *L. si quis 4. C. plus val. quod agit &c.* Sic non igno-
tum est, tutorem per *L. pupillus.* §. *pupillus ff. de auto-
rutor.* res sui pupilli emere prohiberi, nec officiales pro-
pter prohibitionem *L. non licet.* 46. ff. *de contr. emt.* pos-
se sibi comparare res ad illorum administrationem perti-
nentes: Si itaque hi subornent alias, qui suo nomine
emunt res istas, quorunt nomina, non verò personarum
contrahere prohibitarum in Instrumentis ponuntur, com-
mittitur simulatio de persona in personam & contractus
nullus judicatur quia in personis prohibitis constare ne-
quirit: perinde ac in præcedentibus duobus simulationis
generibus, id quod simulatè scriptum est, annullatur, &
quod verè actum, si per se & sine simulatione constare
potest, integrum remanet. Idem Jus quoque in patria
intro-

introductionum est durch die Bresl. Proces - Ordnung ^{ars.}
 47. in fin. Wann in einem privat Contract anders geschrieben / dann die Part mit einander in Wahrheit gehandelt/ und solches gningssam kan erwiesen werden / so muß es auch bey der Wahrheit und nicht bey der Urkund verbleiben.

§. XXIX.

Porrò corruit Instrumenti valor quoad causam ipsam , si scilicet falsa sit, quæ in illo continetur. Falsum verò est Instrumentum , in quo præter intentionem lac voluntatem paciscentis aliquid scriptum in quod is nunquam consensit nec voluit: Nam omnis obligatio venit ex voluntate nostrâ ; hoc est quod semel quis voluit , ad ad hoc præstandum obligatur , secundum tritisimum illud : Quod ab initio est voluntatis, hoc ex post facto, fit necessitatis. Hinc nulla obligatio est illius, in quod nunquam consentum est, quia omnium contractuum basis atque fundamentum est Consensus. Res clarius patebit ex casu L. si falsum Instrumentum s. C. plus val. q. ag. &c. ita formato : Titius mandat Procuratori suo Cajo Locationem domus suæ ; hic vero illam Mævio vendit , & curat fieri instrumentum emtionis , quod quoque Titio mandanti, velut Locationis , quam hic tantum mandaverat, ad subscribendum subjicit , qui etiam fidem habens Mandatario , & credens omnia ex voluntate suâ gesta esse, illud non relectum b. f. subscriptibit. Quis veller affirmare, alterutrum horum contractuum valere? Nam Titius cogitavit de Locations , & sic esse non potuit venditio : Mævius autem cogitavit de Emzione, ergo non potuit esse Locatio. Erronea verò subscriptio actum per se invalidum validare non poterit. Nam quod Corpus

H 2

est

est sine Anima, id quodque est contractus sine Consensu.
 Hinc in d. L. 5. in fin. recte adjicitur: neufrum Contractum, (in utroque alterutrius consensu deficiente) constisso; ut ita Contractu tanquam fundamento corruente instrumentum quoque, ut inadiscatum corrue ne-
 cesse habuerit. Hac verò L. ult. admonemur, ut simus
 cauti, nec subscribamus non lectis & sic decipiamur. Quod
 præcipue observandum principibus, qui nonnunquam
 improvidi ad subscribendum inducuntur, quod per falsam
 Ministrorum relationem innocentes condemnentur,
 nocentes verò absolvantur. Hard minore cautelâ opus
 est in chartarum blancarum subscriptione: Nam si dein
 de aliud quid, quam subscriptibens voluit, huic Blancto
 inscribatur, talis subscriptio erronea, nec visis, nec inspe-
 ctis scripturis facta nocere quidem subscriptenti non de-
 bet, si aliud actum sit, quam ipse cogitavit & hoc pro-
 bari posit: verum Jure Saxon. is, qui passus est alterius
 scriptione repleri chartam blancam, à se subscriptam suo-
 que sigillo munitam, in subscriptionem illam omniaque
 contenta consensisse eaque approbasse censemur, ita ut ex
 tali Instrumento, cuius subscriptio saltem recognita est,
 executivè agi possit, Exceptione falsitatis, nisi in con-
 tinenti probari possit, in reconventionem
 rejecta. vid. Carpz. pr. Tit. 22. Art.
 1. n. 40. usque ad 53.

20 (o) 20

CAP.

CAP. III.

Tractat

*De probatione ipsa per Instrumenta, ubi
consideranda veniunt,*

I. Quæ illam antecedunt, ut

- 1.) Libellus. §. 2.
- 2.) Citatio. §. 3.
- 3.) Litis contestatio. §. 4.
4. Sententia Judicis probationem parti imponens.

§. 5.

II. Qvæ illam concomitantur, ut

- 1.) Oblatio, quæ in duobus consistit
 - 1.) Copiis Instrumentorum. §. 6.
 - 2.) Articulis probatoriis §. 7.
- 2.) Productio Instrumentorum, quæ fiat
 - 1.) omni diligentia adhibitæ §. 8.
 - 2.) in originalibus ipsis & quidem in judicio

§. 9.

3.) cum quadam cautione. §. 10.

- 3.) Recognitio Instrumentorum, quæ vel
 - 1.) suscipitur, & est vel
 - 1.) vera, sive expressa, §. 11. ubi inquiritur
 - a.) Qvis recognoscere, §. 12. 13. 14.
 - b.) Quid recognosci possit §. 15. usque ad §. 24.
 - c.) Qvomodo §. 24. usque ad §. 30.
 - d.) & cur Recognitio fieri debeat. §. 30.
 - 2.) vel facta seu tacita, quæ cum vera
 - 1.) convenit
 - a.) quoad causam efficientem

H 3

b.) ma-

103 6e. 5c.

b.) materialem

c.) finalem & Effectum §. 31.

2.) ab illa vero differt quoad Formam §. 32.

2.) vel declinatur per juratam diffensionem, §. 33.
cujus

1.) periculum evitatur per recognitionem à
Testibns juratis faciendam. §. 34.

2.) Impossibilitas vero adjuvatur per compa-
rationem literarum. §. 35.

III. Quæ illam seqvuntur, quo pertinent

1.) sententia Judicis interlocutoria de Recognitio-
nis

a.) Sufficientia, vel

b.) In sufficientia quæ talis est vel

1.) in totum, vel

2.) in tantum. §. 36.

2.) Disputationes Attestatorum. §. 37.

3.) Sententia Judicis definitiva. §. 38.

CAP. III.

§. I.

Probationis & Instrumentorum materiā in
Capitibus duobus præcedentibus separatis &
Generaliter discussa, jam conjunctim & spe-
cialius in hoc ultimo Capite inquirendum e-
rit, quomodo instituatur probatio per Instrumenta, quæ
ita definiri potest. Quod sit actus legitimus, quo Judici
ex productis & recognitis Instrumentis fides fit de re dubiâ
& controversâ.

§. II.

Cum vero Probatio communiter dicatur anima Rei
pro-

processuariæ, quia illa per totum processum non aliter ac hæc per totum Corpus humanum se extendit & diffundit, non abs re erit, si quedam præmittam de illis quæ probationem per Instrumenta antecedunt, & ad quæ illa semper respicere videtur: Libellus itaque hic sibi primas partes vindicat, quia est fundatum Judicii, ad quem totus refertur Processus; unde & truncus arboris Judicariæ vocari solet, quod perinde ut truncus totam sustinet Arborem, sic quoque Libellus totum dirigat Processum. *Modest. Pistor. Volum. 2. Conf. 21. v. 4.* Nam Litis Contestedio dirigitur ad Libellum, ut ad singula ejus Capita Reus specificè respondere teneatur, *vid. Carpz. pr. tit. 10. Art. 3. §. 4.* Sic quoque Articuli Probatoriorum in visceribus Libelli sumi debent, *L. 21. in fin. C. de prob.* ita, ut si alii articuli formentur super illis, quæ in Libello non sunt expressa, mox Exceptio Articuli impertinentis opponi possit, *vid. Laut. Compl. pag. 423. circa fin. & Dn. Stryk. ibid. ad verba: Libelli depromti.* Quid vero Libellus, quæ illius sint requisita, item quotupliciter ille dividatur, jam explicare instituti nostri non est, quia tantum illa, quæ ad materiam nostram aliquo modo quadrant, hic delibare mecum constitui. Hinc dixisse sufficiat, quod in Processu ordinario actor non teneatur Instrumenta sua una cum Libello offerre, ut cum Citatione simul Reo communicentur; hoc enim non solum pericolosum, quia Reus ex perspectis Instrumentis eo melius Exceptiones suas, in Litis contestatione opponendas formare posset; verum etiam frustraneum esset, quia Actor hac productione non obstante, tamen adhuc in termino probatorio Articulos & Documentorum copias producere deberet nisi probatione sua privari vellet.

let vid. Carpz. pr. Civ. tit. 14. art. i. §. 8. Aliud obtinet in Processu Executivo in quo Instrumenta, pâratam Executionem habentia, unâ cum Libello producenda sunt; quoniam in eo solennis! Litis contestatio non est necessaria, sed ejus locum recognitio intrat, L. cum de indebito 25. §. ult. ff. d. Prob. L. plures 19. C. d. fide Instr. & Reproducâdo ulterior recognitione jam factâ, superflua es-
set, Carpz. d. loc. n. 52.

§. III.

Cum vrrò Judex in causa decidere nequeat, nisi parte alterâ præsente & sufficienter auditâ, vel contumaciter absente, vid. Ziegleri Introd. ad Process. Fori Saxon. necessitas postulat, ut simul cum Copiâ Libelli transmisâ, Judicialis Citatio ab Actore in peculiari Epistola petita emanet, Reum ad tribunal evocans; quam debita cum circumspectione & diligentia fieri debere admonet serenissimus Saxo in Ord. sua Proc. Judic. it. 4. quia hac dubiâ, totus Processus vacillare incipit: Ut itaque de illâ conseretur, ejus insinuatio, expressis circumstantiis, Quando, ubi, cui, à quo, & Quomodo, ad Relationem Nuntii, à Notario Judicij, sive Actuario ad Acta diligenter registra-
ri, vel Recepisse quoddam, quo citatus testatur, Qvando, ubi & à quo Citationem emissam recesperit, Actis inseri debet. Citationem, vero non tantum in limine litis verum etiam in omnibus processus actibus & terminis, ac omnibus Instantiis præcisè requiri in dubium non vocabit, qui vel modice, in praxi versatus est, plura vid. ap. Carpz. in Process. toto Tit. 7.

§. IV.

Ast Litis contestationem necessariò præcedere debe-
re Probationem per Instrumenta, quibusdam saltem ex-
ce-

ceptis casibus, de quibus cap. Iactum, exinde fluit, quia tantum negata non verò concessa probanda sunt, de hoc verò demum per Litis contestationem liquet. Jure Sax. autem Reus ad omnia & singula Libelli membra & commentata respondere debet, nisi tam aliena sint, ut statum Causæ nullo planè modo attingant: Idcirco non sufficit generalis Litis contestatio quia ex illa non constat, quid fateatur Reus, aut quid neget. Nicolai in Proc. L. 1. c. 37. n. 18. pariter quoque illa Foro patrio ejcta est in der Bresl. Process-Ordnung art. 44. bis verbis: So die part &c. Soll der Beklagte mit Ja/ oder Nein antworten: und das mit durch general Litis contestation: Nego narrata, prout narrantur: Die Sache nicht verzogen/ auch allerley Ge- fahr verhüttet werde; So ordnen und wollen wir/ daß der Beklagte seine Antwort specificiren und in sonderheit anzeigen soll/ in welchen Puncten er der Klagen geständig sey oder nicht/ damit also der Krieg in specie befestiget werden/ und sich der Kläger darnach eigentlich richten möge: Dafern sich aber der Beklagte solches zuthun wegerete/ mag Kläger ihn als einen Ungehorsamen beschuldigen. Plura de Litis-Contestatione desiderantem remitto ad Carpz. Tit. X. Procress. Civil. item ad Resp. Ejusdem L. 3. tit. 4.

§. V.

Nemo vero partium, Lite contestata, statim ad probationem prorum pere potest, sed oportet ut expectet sententiam Judicis interloquentis; Sic enim cautum est tit. 20. ord. proc. Sax. Ein jeglich part, welchem Beweiss außer- leget ic. & adhuc clarior in der Bresl. Process-Ordnung art. 45. pr. Beweiss ist niemand zu führen befugt/ er sey dann ihm zuvor durch Urteil und Recht getheilet und außer- leget ic. Judge autem Actori onus probandi, vel omnes,

I

vel

vel quosdam tantum Libelli Articulos imponit, prout Reus Litem contestando, vel omnia, vel saltem quosdam Libelli puncta negavit. Hinc formula sententia ita concipi solet: Dieweil Verlagter auf die erhobene Klage geantwortet und derselben allenthalben nicht geständig/ so ist Kläger den Grund seiner Klade/ oder so viel ihm daran verneinet worden/ binnen Sächsischer Frist/ wie recht/ zu erweisen schuldig/ V. N. W. Carpz. pr. Civ. tit. 13. art. 1. n. 42. seqq.

E contra Judex Reum probare jubet, si Litem affirmando contestatus annexat Exceptionem e. g. Compensationis, in qua se fundat; vel pro Actore talis militet presumptio quæ onus probationis in reum transferat. Sic enim priori casu Judex interloquetur hoc modo: Dieweil beklagter auf die erhobene Klage geantwortet/ und derselben nicht in Abrede ist/ darbey aber Exceptionem Compensationis vorgekehret/ so ist er solches sein Fürzegen und angeführte Exception binnen Sächsischer Frist/ wie recht darzu thun und zu erweisen schuldig/ c. conf. Carpz. d. loc. n. 16. seqq.

§. VI.

Visis jam, quæ Probationem per Instrumenta praecedunt, nunc sub Examen vocanda sunt, quæ illam concomitantur. In hac Classem autem omnium primò venit Oblatio articulorum cum copiis Documentorum durante adhuc termino probatorio, qualis vero hic sit, quando incipiat currere, & quando desinat adhuc repetente nolumus, quia de his sat prolixè in Cap. I. §. 20. 21. additum est. In dicto vero termino probatorio duo ei, qui per Instrumenta probare vuln. in JUDICIO exhibenda erunt; Primum est, quod currente adhuc termino probandi, tenetur Documenta, per quæ probare intendit, vel saltem eorum Copias in JUDICIO exhibere, ita ut quæ illo tempore

ris

ris spatio in copia non sunt exhibita Judici, in termino productionis non possint ad recognoscendum produci, licet sibi expresse reservasset plura producere Instrumenta, *vid. Ord. Proc. Sax. tit. 24.* Ab hoc rigore tamen serenissimus Legislator quosdam exceptos voluit Casus: ut si Instrumenta, per qua intentionem meam probare intendo, ab adversa parte possideantur, & ego ad illa in articulis me retulerim, & compulsoriales contra detinenterem à Judice insimul petierim, *vid. ord pr. d. tit. circa fin.* modò talia sint Instrumenta, quæ altera pars edere tenetur. Secundò accidit, ut elapsò quamvis termino probatorio, tamen adhuc liceat nova producere Documenta; si scil. noviter reperta sint, & producens juret, se antea illorum nullam habuisse notitiam. *vid. ord. Proc. Sax. d. tit.*

§. VII.

Secundum, quod ille, qui per Instrumenta probare vult, strictè, durante adhuc termino probandi, observare tenetur, est, ut conficiat articulos, ac si per testes probare vellet; illis instrumentorum tenorem inserat, consignatione cuique articulo, nisi juris vel illativus sit, subnexa, quonam documento ille probandus sit, & illos simul cum copiis Instrumentorum Judici exhibeat: quod accuratè observari vult dicta *ord. tit. 24. pr.* De tota articulandi materiâ verò & artificio, quia agi in præsentiarum nequit, videantur Rutger. Rulant de *Commissariis P. 3. L. 1. per tot. Sig. Scaccia de Judic. L. 2. c. 7. & L. 1. c. 68.* item Marcell. *Cala pecul. trach.* Quorum Requisitorum unum si in oblatione omittatur, Documenta quæ legittimo ac in *Ord. Elector. præscripto modo exhibita non sunt amplius produci nequeunt vid. Carpz. Pr. Civ. tit. 14. art. 1. §. 5.*

§. IX.

Oblationem excipit Productio Instrumentorum:

I. 2

Non

Non enim sufficit copias Instrumentorum in termino probatorio exhibuisse , sed deinde adhuc originalia sunt producenda ; quod quoque cautum in der Bresl. Proces Ordnung / bis verbis : art. 45. p. 55. Also auch / wenn Beweiss- Führer innerhalb des Beweiss-Termins, Copeyen und Abschriften briflicher Urkunden Gerichtlichen eingelegt / und möchte dieselbe nach verflossenen Termin mit den Originalien bestäffigen . Circa productionem autem probaturus se summe diligentem exhibeat, ne negligentia sua jure probandi cadat. Hinc Judicem adeat, & sollicitis precibus instet, quo ab illo termino productionis praesigatur, ad illum pars altera citetur, copiaque Documentorum huic exhibeantur cum articulis. Quam diligentiam à producente Elector Sax. in Ord. sua tit. 20. sub pena perdendi probationem exigit §. 1. Quod si vero culpa Judicis impeditur, quo minus producio debito modo facta sit, vel producens legitimam causam, e.g. morbo sottico, Captivitate , in termino productionis comparere prohibeatur, sese vero excusaverit, non puto illum jure suo privari posse. vid. Carpz. pr. tit. 13. art. 1. n. 106.

§. IX.

Regulariter quidem originalia tantum produci debent L. 7. C. d. fid. Infr. unde semper sententiis additum reperitur wann solche in originali vorgelegt werden. Attamen & horum deficientium Copiae à Notario publ. vicimata Jure Saxon. recte producuntur vid. Carpz. Pr. tit. 14. Art. 2. §. 7. & rationes hujus asserti n. 48. & seqq. Hac producio vero Autenticorum regulariter quidem fieri debet in Loco Judicii illius , ubi tota causa ventilatur. Quoniam vero haec saepe numero ob distantiam Loci , vel periculum, ne amittantur originalia, commo-

de

dè produci nequeunt, tunc peti debent Litteræ mutui compassus, quibus Judex Loci, ubi originalia habentur, ro- gatur, ut permittat coram se fieri productionem, quorū pars altera evocanda sumtibus producentis. *L. Judicis 18. C. d. fid. Infr. vid. Dni. Stryck. Introd. ad Praxin for. cap. 19. §. 4.*

§. X.

Insuper autem caute sunt producenda Instrumenta ne tali productione sibi ipsi noceat. Hinc producens instrumentum diversa continens capita, vulgari illâ cau- telâ uti solet, ut protestetur, se hoc instrumentum tan- tum in passibus utilibus producturum. Hoc enim si o- miserit, tale Instrumentum quoque contra producentem vim probandi habebit. Idem quoque dicendum erit, si pars altera præsens sit, idemque Instrumentum etiam pro se producat. *Carpz. P. I. c. 7. def. 7.* Non opus quo- que est, ut semper integrum producatur Instrumentum, sed si planè diversa capita in illo continentur, sufficit illius partem, quæ ad præsentem causam pertinet, & produ- centi inservire potest, produci; quam clausulam dicere solent concernentem *vid. Stryck. Intr. ad Prax. cap. 19. §. 6. Carpz. pr. tit. 14. art. 1. n. 28.*

§. XI.

Tandem specialissimum Probationis per Instrumen- ta requisitum est illorum Recognitio. Nam quod Documenta in termino probatorio in copiis Judici exhibe- antur; quod postea in termino Productionis denuo in originalibus producantur, hæc omnia eo tendunt, ut de- inde recognosci possint. Recognitio autem Documentorum vel re ipsa suscipitur, vel declinatur per juratam diffensionem. Quando vero suscipitur, est vel vera seu

expresa, vel facta (tacita) illa scil. vera à Dn. Svendend.
ad Fibig. Proc. P. i. c. 2. memb. 3. §. 16. p. 682. definitur,
quod sit actus judicialis, quo producti Instrumenti & eo-
rum quæ in eo continentur, sit agitio.

§. XII.

Ut verò hæc materia Recognitionis, in Foro tam
utilis eo melius discutiatur, prima Quæstio erit, quisnam
Documenta contra se producta recognoscere debeat &
possit? Bz. ex Lange Isag. ad Proc. c. 50.n. 6. non solum
Reus, sed & Actor ad hoc obligatus est: Is verò qui re-
cognoscere tenetur, dicitur productus; qui vero Reco-
gnitioni urget, producens. Productus verò vel ipse
recognoscere potest, vel per alium. Quando ipse reco-
gnoscere vult, queritur, an ab ignaro literarum recogni-
tio fieri possit? Quod Carpz. in pr. tit. 14. art. 2. n. 67. affir-
mat, si nomine ipsius ab alio scriptum sit Instrumentum.

§. XIII.

Notari vero debet regulariter omnes recognoscere In-
strumenta posse, qui contrahendo se obligare, vel remit-
tendo alios liberare possunt, nisi naturâ impedianter, qui
scil. consentire non possunt. Ut 1.) Infantes, §. 9. Inst. de
inutil. Stipul. L. 14. ff. de sponsal. 2.) furiosi §. 8. Inst. d.t.
3.) mente capti, nihil enim intelligere consentur. §. 4.
Inst. de Curat. L. 25. C. de Nupt. 4.) Summe ebrii, c. 7. qm. I.
caus. 15. Vel Lege prohibantur, qui rebus suis bene su-
peresse sibi que satis consulere nequeunt, in quorum nu-
merum veniunt 1.) prodigi, quibus scil. decreto Magis-
tratus administratio bonorum interdicta est, & hi aliquatenus
furiosis in Jure comparantur, quia furiosum rerum
suarum faciunt exitum. Laut. Comp. L. 27. tit. 10. p. 481.
2.) Pupilli Infantia maiores sine Tutoris autoritate, pr.

Inst.

Infl. de autor. Tūt. qui ex hac Recognitione civiliter non obligantur, arg. L. 41. ff. de cond. indeb. 3.) Minores, quoniam personam standi in judicio non habent sine Curatore, §. 2. *Infl. de Curat.* L. 2. §. 3. C. qui bab. legit, perf. stan- di in jud. præcipue hodiernis moribus, quibus ipsi inviti Curatores etiam bonorum causâ recipere tenentur. 4.) Servi olim, tum ex generali causâ defectus obliga- tions & in capacitatibus negotiorum civilium; tum quia nec personam standi in judicio habent. 5.) Jure Civi- li Fæminæ quidem pro se non tamen pro aliis reco- gnoscere possunt arg. L. 4. & L. 18. C. de procur. L. 1. §. 5. ff. eodem L. 2. ff. de reg. Jur. In Saxoniâ verò Fæminæ Le- ge prohibentur. Hæ enim sive sint uxores, sive viduae, sive virgines, seu majorennes, seu minorennes sive atri- ces, sive Rea, omnes in judiciis omnino Curatore opus habent. vid. Carpz. in pr. Civil. tit. 5. art. 3. n. 48. 6.] Fi- lius fam. certâ ratione. 7.) Pater nomine filii. 8.] univer- sitates nisi per Syndicos, *Lanc. Comp.* L. 3. tit. 4. & Dn. Stryck, ad eund.

§. XIV.

Quoniam vero quoque Mandatarii ad recognoscen- dum admittuntur, per ord. Proc. Sax. tit. 25. ibi: für sich/ oder durch seinen Mandatarium zu recognosciren/ ut & per vulgatam Regulam illam: quā ipse videtur fecisse, quod per alium fecit, cap. qui facit. 72. X. de reg. Jur. in 6to. hinc dubium non est, quin Personæ in §. præced. recensi- træ, quæ personam standi in judicio non habent, per alios speciali mandato instructos, recognoscere possint: Sic Tutores nomine pupillorum suorum arg. L. 6. ff. de ad- minist. entel Curatores loco Minorum, Furiosorum, pro- digorum & mente captorum, vi Tutoriorum & Cutatoriorum suorum, quibus à Magistratu ipsis cura

Cura vel Tutela est demandata, recognoscunt. **Carpz.**
Pr. Civ. Tit. 14. art. 2. n. 93. Sunt enim administratores
 rerum, tot. tit. ff. & C. de administr. & pericul. tut. &
Curat. & instar Dominorum, L. 27. ff. d. t. L. 56. §. 4.
 de furt. ideoque possunt ea peragere quæ alias mandatum
 speciale desiderant. Fæminæ autem majorennes in Sa-
 xonia cum Curatoribus ad Litem simul recognoscunt;
 aut Actor à Muliere ejusque Curatore simul est ad hunc
 Actum constituendus & Actorium simul ab ambobus sub-
 scribendum; nam Recognitio à solo Mulieris Curatore ad
 Litem facta non valet. *vid. B. Ziegler. ad Ord. Proc. Sax.*
Tit. 25. ad verba: durch seinen Mandatarium. Filius
 familias verò in iis Casibus, ubi Judicium vel agendo,
 vel defendendo suscipere potest, per necessariam conse-
 quentiam Instrumenta recognoscere poterit. Hinc
 ratione peculii adventitii ordinarii Pater cum con-
 sensu filii, L. ult. §. 3. C. d. bon. quæ Liber, respectu
 extra ordinarii verò filius cum consensu patris; ra-
 tione Profectitii solus Pater; ratione autem castrensis
 vel quasi solus filius recognoscet. Quid autem dicen-
 dum de patre in Judicio filii nomine comparente, & re-
 cognoscere volente? Resp. distingvendum esse, aut filius
 est emancipatus, aut adhuc in patriâ potestate: Priori
 casu non potest, L. 10. ff. de transaction. nisi filius adhuc
 minor, & parens ejus sit Curator. Posteriori casu,
 iterum, ut jam de filio dictum, ratione peculiorum di-
 stingvendum erit. Porro nechares nomine cohæredum,
 nec socius pro socio, documenta recognoscere possunt,
 licet de rato cavere velint, **Carpz. Proc. tit. 5. art. 2. n. 38.**
 nisi speciali mandato producto. Quandoque conting-
 te solet, ut bona sint vacantia, veluti debitore mortuo,

nullo-

nulloque ei existente herede , vel perfugam absente , &
tunc Curator bonorum , Gve Litis ejus nomine à Magistra-
tu constituitur , qui hæreditatem , vel absentem defendit ,
bona administrat , & documenta Creditorum recogno-
scit vid. *Mervius ad Jus Luber.* L.3. tit.1. art.11. n. 7. Imò &
ille Debitor , qui Literas moratorias cum suspensione o-
mnium processuum impetravit , scripturam contra se pro-
ductam recognoscere tenetur , etiamsi differatur executio ,
Lange in Ista ad proc. c. 50. n. 9.

§. XV.

Viso Recognitionis subjecto , jam illius Objectum ex-
cutiendum venit : Jure communi non nisi privatæ scri-
pturæ recognoscuntur , auth. si quis vulnere. C. qui pot.
in pign. non autem Instrumenta publica & judicialia , quo-
niam taliaper se , sine accidente recognitione fidem faciunt
plenam , L. scripturas. u. C. qui pot. in pign. Nov. 73. cap. 8. ve-
rum Mores Saxonici etiam Instrumentis publicis , Judi-
cialibus & à Notario publ. confessis , Necessitatem Reco-
gnitionis addunt , ita ut nullum Instrumentum ab illa
excipi possit , vid. *Carpz pros. tit. 14. art. 2. n. 17. Dn. Stryck.*
Intr. ad Prax for. cap. 18. §. 7. Et Generalitas hujus Afferiti
vera est in processu tam ordinario , quam extraordinario ,
diverso tantum modo & effectu : Nam in processu ordi-
nario demum post L. C. obtinet , exceptis tamen iis , quæ
instar dilatoriarum & ad Litis Ingressum impediendum
opponuntur , Exceptionibus ; item Documenta certis
Articulis includenda sunt , uti suprà dictum ; & sententia
definitiva post Recognitionem non statim fertur . Verum
in Executivo processu Instrumenta cum Libello simul ex-
hibentur & ad recognoscendum producuntur , & defini-

tiva Recognitionem factam statim subsequitur. vid. ord.
proc. Sax. tit. 24. §. fin.

§. XVI.

Generaliter vero notandum, quod Instrumenta ad recognoscendum producta, adversus productum aliquid probare & nomen ejus continere debeant; Alias talis Instrumenti Recognitionis vel dissessio jurata evitari potest, opposita exceptione: non sum nominatus in Instrumento: praecepit cum Jura ab actibus frustraneis ab horreant. L. boc stipulatio. 14. §. 1. ff. Leg. sive fideic. serv. conf. ord. Proc. Sax. tit. 25. §. weil es auch id verb. Allein ehe es.

§. XVII.

Ut vero Regulam genitalem §. 15. hujus cap. traditam paulo specialius enucleemus; querendum est, qualia sint Instrumenta Recognitioni subjecta? Quemadmodum vero originalia sola sunt producenda, ita quoque illa sola erunt recognoscenda, exclusis copiis sive Exemplis, utpropte quae nihil probant absque suis Authenticis. L. 2. ff. de fid. Instr. autb si quis in aliquo C. de edendo. Carpz. proc. Civ. tit. 14. art. 5. n. 16. Dn. Stryck. intr. de Caut. contr. Sect. 2. c. 7. §. 14. Si vero Copia, quarum originalia documenta ab hostibus vel vi ignis desperita sunt, Jure jurando a producente confirmantur, imo & illas recognoscendas tunc esse puto: quia Juramentum, quod illarum fidei dedit, supplere videtur. Excipiuntur quoque copiae a Magistratu, vel Notario publico vidimata; perinde ac Instrumenta, quae in Aula Electorali Saxon. a Notario Iudicij ordinario vom Lehre - Secretario describuntur, quae tota die in Senatu Appellationum recognosci, testatur Carpz. in prov Civ. tit. 14. art. 2. n. 52. Exempla quoque a Comite Palatino vidimata recognoscenda esse, dubitari non

75. 20

non potest, quia plenam in judiciis fidem faciunt & ipsi
tanta est, auto ita sac*ri* à principe, vel alio Imperii nostri
statu vidimata essent. *vid. Dn. Stryck. tr. de Cant. contr.*
Sell. 2. t. 7. §. 16.

§. XVIII.

Si Documentum in Lingua exotica conscriptum ad
recognoscendum producatur, non simpliciter ad ejusdem
Recognitionem productus compelli potest, verum, isto Re-
cognitionem denegante, illa persentiam hāc sub con-
ditione imponenda erit, ut in Lingvam vernaculam prius
Instrumentum per Interpretes juratos vertatur *vid.*
Carpz. p. 3. Dec. 234. n. 2. seqq. In Camera autem quando-
que statim pronunciatur, Instrumenta in Lingua peregrin-
na scripta in vernacula prius esse trans ponenda, & po-
stea producenda; *conf. Blum. proc. Camer. tit. 51. n. 22.* *¶*
23. Necessarium verò est, ut talis versio statim à juratis
Interpretibus fiat, alias illa adhuc juramento confirman-
da erit, nisi Partes Interpretibus juramentum remittant,
vel Notarius juratus Interpretis vice fungatur. *Carpz. d.*
Dec. n. 18. ¶ 20. seqq.

§. XIX.

An verò Instrumenta quoque tantum sigillata, licet
manu sigillantis nec scripta, nec subscripta recognoscenda
sunt? quod Dd. communiter affirmant, non solum quia
sigillum vim subscriptionis habet, sed quia apponens si-
gillum creditur quoque consensisse in Instrumenti con-
tentia, modò constet, sigillum consensu illius, ad quem
illud pertinet, appositorum fuisse. *conf. Carpz. in proc. civ.*
tit. 14. art. 2. n. 24.-28. Idem Judicium esto de Instrumen-
to à producto quidem scripto, vel saltem subscripto, non
verò subsignato. Nam tale non minus recognosci de-
bet,

bet, ac si sigillum impressum esset. *Carpz. d. tit. & art. n. 29.*
§. XX.

An vero idem sentiendum sit de Instrumento, quod productus ipse neque confecit, nec subscripsit, nec sigillo suo impresso confirmavit, quod tamen alius ipsius nomine confecit? Et id affirmare non dubitamus propter verba in ord. *proc. Sax. expressa Tit. 25. §. Weil es auch ic ibi*: Welche sein Gegentheil wider ihn produciret / wann sie gleich nicht seine Hand und Siegel haben. Sufficit enim quod nomine ejus, contra quem producitur, illud scriptum sit. Si vero in tota scriptura nomen producti expressum haud sit, nec cuius nomine ea exarata sit, appareat, recognoscere non tenetur, securus Exceptione: Non sum nominatus in Instrumento: ut & propter antiquam Regulam practicorum: quod instrumentum non cantat, nec nos cantare debemus. *conf. Carpz. P. Civ. tit. i. art. 2. n. 34 usque ad 40.*

§. XXI.

An autem Instrumentum etiam, quod ex longinquis assertur Regionibus, recognoscendum erit? Affirmat Berlich. p. i. concl. 44. n. 34. modò producens sit vir illæsa famæ, & jutet, Instrumentum productum esse verum, & à persona publica confectum. Verum producens hoc Instrumentum evitare potest, si in rei fidem afferat Attestatum, publico sigillo munitum; ex quo clarum certumque redatur, illum, qui illud documentum conscripsit, esse publicum ac legalem Notarium *Berlich. d. l. n. 35*

§. XXII.

Ad Instrumenta falsa & vitiosa [de quibus, cum Instrumentorum contraria evolverentur, in cap. II. satis dictum] recognoscenda nemo adigi potest; Sed quilibet

ad

ad eorum vitia indicanda admittitur vi ordinatio*nis pp.*
Sax. tit. 25. §. I. Quantum ad Instrumenta antiqua, Ber-
lich. p. 1. *concl. 44. n. 37. seqq.* putat, illa, si ob demor-
tuos testes, Tabelliones, vel alios recognosci nequeant,
non opus habere recognitione, sed etiam sine illa plenè
probare, quoniam Instrumenta mortuorum plus fidei,
quam vivorum mereantur, & Reipubl. admodum utile
sit, antiqua in dubium non vocari, ne res à Majoribus
gestæ, dum testimonio sic desituuntur, perpetuari ne-
queant.

S. XXIII.

An verò adhuc Instrumentum recognoscendum erit
in quo partes litigantes Recognitionis necessitati expres-
sis verbis ita renunciarunt: Es soll einem Gläubiger exe-
cutivè aus dieser Obligation zu klagen frey stehen / derge-
stalt / daß er keine Recognition von mir oder meinen Erben
vorher zu sodern schuldig seyn soll ; sondern es soll diese
Obligation pro recognita geachtet / und darüber so fort
hauptfächlich erkant werden ? *Dn. Stryk. in tr. de Caus.*
Contr. Seco. 2. c. 7. §. 12. putat, tale pactum validum &
servandum esse propter *L. pen. C. d. Pab. c. fin. X. de*
Crim. fals. quia Recognitione saltem in favorem debitoris
intincta est quilibet verò favori pro se introducto re-
nunciare potest. *At Carpz. in Proc. Civ. tit. 14. n. 72. seq.*
contrarius est, dum putat sententiam Coleri in *tr. de Proc.*
Exec. p. 3. c. 1. n. 137. affirmantis, tanquam nimis pericu-
losam observantiā non probari ; quia eodem dolo, quo
quis scripturam falsam pingit, etiam recognitionis Re-
nunciationem addere potest ; & scriptura privata non pro-
bat, *L. scripturas u. C. qui potior. in pign.* sine Recognitione,
qua Confessionem demum operatur, *L. cum de in-*

debito 25. §. ult. ff. d. Prob. L. plures 19. C. d. fid. Instr. Quin
amò de ipsa Repunctione constare nequit, nisi Instrumentum, in quo hæc à Debitorē scripta censeatur, pro suo
fuerit recognitum. vid. Carpz. P. I. c. 17 def. 23. Limitan-
da vero est sententia Carpzovii, 1.) Si Instrumentum à te-
stibus ad minimum duobus sit subscriptum, & ab illis
mediante Juramento, recognoscatur; 2.) Confessio autem
actus Documenti veritatem comprobet, vid. Nicol. in
Proc. p. 1. c. 53. p. 716. seqq.

§. XXIV.

Quod formam Recognitionis concernit, sive quo-
modo illa fieri debeat, sciendum est, quod terminus ad
documentum producendum pariter atque ciratio expres-
sè ad recognoscendum, quia omnis Citatio causam con-
tinere debet, petenda sit. In termino deinde præfixo In-
strumentorum productio fiat, [quomodo vero, vid. §. 9.
§. 10.] an autem facienda quoque Recognitionis specia-
lis requiratur Petatio? Questio est, quæ secundum Ius
commune affirmando deciditur ex Recess. Imp. de Anno
1654. s. beneben bletsbet. 35. verb. der Documenten Reco-
gnition bitten. Moribus tamen Saxon. hoc non vide-
tur necessarium, uti ex Tituli 25. §. Weil es auch re. Ge-
neralitate satis evincitur, ubi ne verbulo quidem Reco-
gnitionis petitio requiritur. Quin imò Iudex propter
probationis favorem, Recognitionem à producente non
petitat ex officio injungat, ne Actus Productionis sit fru-
straneus. conf. Carpz. P. Civ. Tit. 14. art. 2. n. 12. seqq.
Productis itaque Instrumentis, Is, qui agnoscere vult, de-
bet illa benè perlustrare, & scrutari, annon vitia quædam
vel in scriptura ipsa, ut si illa sit inducta, lacerata, cancel-
lata, rupta, interlineata, maximè in locis substantialibus;
item

item si Scriptura majorem mentiatur antiquitatem, quam
fuerit ipsa charta; vel in sigillis deprehendere vel aliam
causam suspicandi de Instrumentorum veritate reperire
possit; & tunc illa vitia statim indicare & petere debet,
ut ab Actuario ad acta registrentur secundum præscriptum
Ordinationis Pr. Sax. tit. 25. §. 1.

S. XXV.

Recognitionis vero expressæ, (de quâ hîc tantum
sermo erit) certa à Dddi. afferuntur requisita: Qvorum
primum esse potest, ut fiat ad Maadatum Iudicis, Berlich.
Concl. 44. n. 56. & quidem in Iudicio, in quo Instrumen-
ta fuere producta Carpz. Proc. Civ. tit. 14. n. 76. In Pro-
cessu vero Executivo coram Judice, etiam extra locum
Sessionis ordinariae Recognitionem fieri posse, putat Zie-
ler. in Not. ad Ord. Pr. Sax. tit. 25. pag. 158. Denique per-
sonæ illustres utriusque sexus, ut & Senio confectæ, ar-
gumento à L. 15. ff. de jurejur. ad Recognitionem ducto, in
adibüs suis coram Notario vel Actuario Iudicii, à Judice
ad preces & sumitibns illarum missō, recognoscunt. vid.
Dn. Stryck. Introd. ad praxin for. c. 19. §. 8. inf. Carpz. Proc. tit.
14. art. 2. n. 85. seq. Cum etiam quandoque contingat, ut
Instrumenta producenda in alia longè dis sita provincia,
vel in Archivo publico custodiantur, & inde sine difficultate,
vel periculo perdendi extrahi & in locum Iudicii
apportari nequeant, solent tunc ab eo, contra quem pro-
ducuntur, in loco, ubi extant, coram Magistratu illius
Loci, vel coram Commissario, aut Notario, cui hoc Ne-
gotium Iudex competens committit, recognosci, & qui-
dem sumitibns producentis. Carpz. d. art. n. 80. seqq. Berlich.
P. i. Concl. 44. n. 57. Quandoque fit Recognitio etiam in
Loco Iudicii, ubi producens Domicilium habet, si scili-
cet

et Instrumenta commode & sine discrimine afferri ne-
queunt, praviis Requisitorialibus ad illum Domicillii Lu-
dicem Caroz. P.1, consl. 17. def. 17. n.3. 4. s.

§. XXVI.

Secundum Recognitionis requisitum est, ut illa fiat
bonâ fide, non fraudulenter in præjudicium Creditorum
Berlich. P.1.concl 44. n.8. Tertiò requiritur, ut recogno-
scens non tantum scripturam & sigillum pro suis agnoscat,
sed etiam fateatur, illud sua voluntate appositum esse.
Quarto necessarium est, ut productus fateatur, se con-
tenta scripturæ legisse; alias si dicat & probet, se vacua
charta subscriptissæ, non creditur confirmasse, sive agno-
visse, quæ in papyro postea scripta reperiuntur. Quintò
fateatur, se subscriptissæ & sigillum apposuisse pro indu-
cendâ obligatione, non verò ad fidem testimonii. Ulti-
mò debet fateri, nomen appositum esse suum verum no-
men Berlich.d.concl.n.8.g. 10. 11. 12. 13. Si quis Ergo his re-
quisitis non observatis, recognitionem peregerit, me-
lior per sententiam ipsi injungitur & exactior Recognitio,
& tunc pronunciatur: Dasch beklagter die Documenta bes-
ser/ als geschehen/ sub pænâ recogniti zu recognosciren
schuldig sey/vid. Zigler.ad d.eit.ord.proc. Sax.p. 160. verb.
Das es seine Hand oder Siegel sey.

§. XXVII.

Dantur quidam Ddd. qui statuunt, Recognitionem
Instrumentorum fieri debere mediante juramento, nec
nudæ Recognoscens assertioni esse standum: Ast con-
trarium verius est; nam recognitio est quædam confessi-
onis species, confessio autem sine Juramento sit; Er-
go quoque recognitio absque illo constare potest; præ-
cipue cum Ord. Pr. Sax. tit. 25. §. desgleichen sc. id non
requiri-

requirat & hanc sententiam praxi esse approbatam, testes sunt *Carpz.* p. 1. c. 17. def. 12 & *Berlichb.* P. I. concl. 44. n. 45. Aliud vero dicendum, si testes recognoscant *Berl.* d. L. n. 47. testi enim absque Juramento non creditur. *Lg. C.* d. testib.

§. XXVIII.

Recognoscens Instrumenta vel statim Exceptiones suas Recognitioni adjicere, *Carpz.* in *proc. Civ.* tit. 22. art. 3. n. 1. seq. vel illam, salvis Exceptionibus peragere debet; atque tunc illarum deductio in Disputationibus Attestatorum admittitur, etiam si expressis verbis in sententia haud fuerint reservatae. Hinc quando quis salvis Exceptionibus omnibus sibi contra Instrumentum competentibus illud recognoscit, *Dn. Stryck.* *Intr. ad. Prax.* c. 19. §. 8. cautelam abundantem vocat; quoniam recognoscendo manum, nemo renunciat Exceptionibus suis. In processu autem Executivo recognoscens statim post recognitionem Exceptiones suas proponere illasque intra terminum Saxon. cum Instrumentis liquidis, vel ipsius partis adversae confessione, non vero per testes, seu per Juramenti delationem probare tenetur. *Erdt. der Lands. Geb.* de Anno 1509. tit. von Justitien Sachen. n. 19. §. dieswell denn dieses Suchen. vers. daß Inhalts der Landes-Ordnung wieder flare Brief und Siegel keine Exceptiones und Disputationes, so nicht in continent durch unlaugbare Urkunden/ oder sonst ex Actis oder confessione partis erweislich seyn/ zugelassen werden sollen.

§. XXIX.

Porrò Recognitio rite & legitimè fieri debet; non autem secundum Legum requisita peragitur; si quid addendum omittatur, e.g. si quis manum & sigillum tantum, non quoque contenta recognoscat; vel si omittendum addatur, v.g. si nonnullæ adjiciantur Conditiones. *vid. Dn. syndend.*

ad Fibig. p. 724. seqq. Sufficiens tamen habetur Recognitione quamvis cum protestatione facta; haec enim pro non adjecta reputatur; ut, si quis Instrumenta recognoscens pro talibus, manu sua scriptis, sigilloque suo munitis, protestatur, se citra recognitionem hoc dicere, ac ne sibi inde præjudicium inferatur. Nam protestatio facta contraria nihil operatur. *Carpz. p. 1. c. 17. def. 16. & in proc. tit. 14. art. 3. n. 21. seqq.*

§. XXX.

Restat adhuc ut de Recognitionis expressa fine, sive cur illa introducta sit, dispiciamus: Duplicem vero illum statuere possumus, unum remotivum, alterum positivum; Ille, scil. remotivus innovatur verbis in *ord. proc. Sax. tit. 25. statim pr. §. 1. posita.*: Alle briefliche Urkunden/ soll das part besichtigen / und seine Einrede/ ob er darwieder sichtbarliche Argwohnigkeit/ Mangel an Siegel/ oder dergleichen hätte/ als bald darauf anzeigen/und solches alles/ so wohl wie es sich im Augenschein befunden/ mit Fleiss zu den Acken registriret werden. Quæ præmissa verba nos dubitare non sinunt, primò Recognitionem consuetudine introductam esse eum in finem, ut omnis falso præcludatur via; facile enim falsa Instrumenta, adulterina, vel furtim surrepta sigilla, sicut itaque scriptiones sub alterius nomine supponi possunt. Iniquum vero esset adversarij partem inauditam ex tali falso Instrumento statim condemnare. *conf. Carpz. in proc. Civ. tit. 14. art. 2. n. 4.* Hinc pro avertenda fraude recte prius producuntur Instrumenta, ut productus videre possit, an sigillum impressum ad se pertineat, subscriptio à se facta & totum Instrumentum à se conscriptum, aut dominus circa illius substantialia ut, annum & diem, summatam debitam &c. commissus sit. Si enim falsitas præsumtive ap-

pa-

pareat, Inquisitio, suspensa interim causâ principali, discernitur, *L. ult. C. d. ord. Judic.* Alter finis nempe positivus est, ut recognoscens ex propriâ suâ confessione condemnetur; Nam Instrumentum recognoscens contenta in eo facetur. Recognitionem vero affirmativam vim propriæ confessionis sive Litis contestationis affirmativæ habere, Ddd. quasi uno ore dicunt. *conf. Carpz. pr. civ. d. t. art. 2. n. 5. 6. 7. & L. 3. tit. 4. Rep. 31. n. 20. & 25. item L. 4. tit. 1. Rep. 9. n. 8.*
§. XXXI.

Hucusque de Recognitione vera & ex pressâ nunc de tacitâ, præsumtivâ, sive fictâ quædam monenda erunt; quæ est actus judicialis, quo Instrumenta in contumaciam producunt, accusatione & petitione producentis præviâ per Juridicis sententiam pro recognitis declarantur. Hæc præsumtiva Recognitio convenit cum verâ quoad causam efficiendum; quippe & hanc inveterata Consuetudo ordinatione proc. Sax. tit. 25. confirmata introduxit; item quoad causam materialem; quæ enim Instrumenta expressè, eadem quoque tacitiè recognosci possunt: ut & quod Effectum; nam quam fidem Instrumenta verè agnita faciunt Judici, eandem etiam fictè recognita; quoniam & hic contumax facti censetur omnia quæ documentis illis continentur. Hæc enim p̄nâ contumaciæ est, ut contumax pro confessio habeatur. Porro Exceptiones, quæ poterant opponi post Recognitionem expressè factam, reservantur quoque salvæ & integræ, Instrumentis pro recognitis habitis; quippe idem effectus, qui est expressi, est quoque taciti. *conf. Carpz. tit. 14. proc. art. 3. n. 25. seq.*

§. XXXII.

Quoad modum verò sive formam differt Recognitio ficta à vera: 1.) enim productus hic in termino emanet, &

L 2

ne-

neque ad recognoscendum neque jurato diffidendum producta Instrumenta se offert, vel, si appareat, sufficienter & legitimè illa non recognoscit, neque ad jussum Judicis recognitionis defectus supplet, ut quod non legitime factum, pro non facto merito reputetur. 2.] producens contumaciam producti accusat, & Instrumentum pro confessatio & recognito acceptari petit. vid. *Dn. Svendend. ad Fibig. p. 723. in f. 6 seq. 3.*) præcedit sententia comminatoria conf. *Carpz. proc. Civ. tit. 14. art 3. n. 13. 4.*) Contumax deñud citatur sub pœna recogniti, vid. *Dn. Svend. d. l. p. 724.* Quod si nondum pareat sententia & Citationi judiciali, 5.) demum per sententiam Instrumenta pro recognitis declarantur: quod pro ratione circumstantiarum & discretionis Judicis, quandoque etiam in quarto demum termino sit. conf. *Carpz. d. l. n. 14.* Judici vero hic in pronuntiando, quando scil. Instrumenta pro recognitis judicantur, probè observandum, ne contumiacem simul ad restitutionem expensarum condemnet, quoniam sic illi propter unum delictum duas pœnas imponeret contra *L. perspicendum. n. p. 6. L. hodie 13. ff. d. penit.* Impensis autem, quas contumax in primo termino causatus est, omnino refundere tenetur, ne alias contumacia noceat producenti, qui frustra sumitus impedit. vid. *Carpz. d. l. n. 18.*

5. XXXIII.

Hactenus vidimus, quomodo Recognitione suscipiatur & peragatur; nunc inquirendum erit, quo pacto illa declinari possit per juratam Diffessionem. Etenim secundum ord. proc. *Sax. zie. 25.* omne Instrumentum aut recognoscendum, aut diffidendum est; & si quis scripturam productam vel falsam existimet, vel planè non noscat, & ob has, aliasve causas Recognitionem detrectet, ad Diffessionem confunge.

gerē potest, & omnino audiendus est. Recognitio quidem
sine juramento fieri & mandata iō expedienda committi
potest; sed hoc in Diffessione fallit, quoniam hic ipse prin-
cipalis Instrumenta juramento suo diffiteri cogitur. conf.
Carpz. loc. cit. n. 38. item Dn. Stryck. Inr. ad prax. c. 19. §. 7.
Instrumenta publica quoque in Foro Saxon. recognosci de-
bere, §. 15. jam allegatum est; verum juramento negari ne-
queunt, etiamsi reus ea diffiteri velit. *Carpz. d. l. n. 48. Ex*
quo Dn. Stryck cit. l. §. 7. in fin. concludit, ferè abundan-
tem esse publicorum Instrumentorum Recognitionem, pro-
ut quoque extra Saxoniam ea non desideratur.

§. XXXIX.

Interdum tamē producent, si Adversarium de per-
jurio suspectum habeat, consultum non est, ut levitati il-
lius Instrumenti qualitatem submittat, & Jus suum pericu-
lo exponat; sed tutius erit, si Instrumenti recognitionem
per testes fieri curet, quod ipsi per *Ord. proc. Sax. tit. 25. §.*
*da aber &c. licet, etiamsi sententia jām de recognitione vel ju-
ratā diffessione lata, & terminus ea propter p̄fixus, reus*
quoque adjurandum paratus sit. conf. Berlich. p. 1. conclus.
*¶ 4. n. 44. Ut autem Recognitio per testes legitimè fiat, ne-
cessē est, ut 1.) producens articulos eam nominibus testium &*
*copiis Instrumentorum intra terminum Saxonum, [qui à
momento, quo sententia super oblatā testimoniū recognitio-
ne lata vires rei judicatz accepit, computandus est, vid.
Dn. Svendend. ad Fibig. p. 741.] exhibeat atque Commissa-
tios petat, vid: Ord. Pr. Sax. tit. 25. §. da aber &c. Berlich. P. 1.
cond. 44. n. 51; 2.) Articuli & Instrumentorum copiae alteri
parti communicentur; & partes cum testibus citentur; para-
ti adversa quoque permitiuntur Interrogatoria tam genera-
lia quam specialia offerre, modo non merita & contenta*

Instrumentorum, sed saltem manus & sigilla & sic externam formam concernant. vid. Ord. Pr. Sax. d. tit. §. ult. 3.) in termino à producente testes producantur 4.) testes jurent, quod de manu scribentis fideliter testari velint. Opus autem non est, ut testes in specie deponant, se præsentes fuisse & vidisse id, de quo queritur, scribi ; sed sufficit, si testentur de manuscribentis, sibi hancnotam esse. conf. Carpz. Proc. Civ. tit. 14. art. 3. n. 66. Dn. Stryck. ad Prax. c. 19. §. 10. ubi dicit, per talem Recognitionem testium Instrumento plenam conciliari fidem : verum contrarium apud nos statutum reperitur in der Preußl. Proces. Ordnung art. 47. bis verbis : Würde aber die Schrift allein bewiesen durch Zeugen / so die Schrift richtig kennen/ oder durch Vergleichung der Buchstaben / (de qua s. seq. agetur) So wirds allem vor einen halben Beweß geachtet/ und mag der End zu Erfüllung des Beweßes dem Pröducenten/nach Erkäntniß/auff erlegen werden.

§. XXXV.

Contingit quandoque, ut Instrumentum propter mortem scribentis, vel Absentiam testium subscriptorum heredibus aliisque sit incognitum & propterea recognosci non possit; ne verò Instrumento tali omnis, non sine gravi producentis præjudicio, denegetur fides, deficientibus aliis probatio[n]ibus, in locum Recognitionis & Jurata Diffessionis, comparatio Literarum tanquam Remedium subsidiarium succedit. conf. Carpz. tit. 14. art. 3. n. 78 79. quæ nihil aliud est, quam Actus legitimus, quo alia certa scriptura comparatur cum Instrumento producto ; si ergo tum concordans Literarum & sigillorum similitudo per omnia reperiatur, sola comparatio plenam faciet fidem. arg. Nov. 73. cap. si quis igitur 1. vers. similia quidem. contrarium verò in patria obtine-

re

te, in §. præced, jam adductum est. Ut autem talis literarum Comparatio caute instituatur, requiritur, i. ut alia Adversarii scriptura certa atque indubitata producatur, ad quam comparatio fiat. *L. comparationes 20. C. d. fid. Instr.* talis verò est, quæ in aliis actis deprehenditur; quæ à testibus manu suam recognoscens subscripta, aut alias ab Adversario tanquam propriæ manu scripta, producta est. 2.) adhibeantur rei scriptorizæ periti, qui, prævio juramento, singulos Literarum ductus diligenter conferant. *conf. Dno Stryk. in Intr. ad Prax. c. 19. §. 9. Carpz. d. l. n. 80.*

§. XXXVI.

Ab illis, quæ Probationem per Instrumenta concomitantur, jam progredimur ex Divisionis factæ ratione ad ea, quæ illam sequuntur: quo pertinet sententia Judicis super quavis recognitione ferenda sive illa sic vera, sive ficta, sive sufficiens sive insufficiens. Alias enim Instrumenta recognita sufficienter non probant, priusquam sententia desuper lata, & documenta satis recognita, vel pro recognitis habita esse, judicatum sit. *Carpz. tit. 14. art. 3. n. 6.* Quoad Recognitiones Insufficientes adhuc notandum, quod illæ tales sint vel in totum, ubi sic pronunciatur: daß Beklagter die produciren Documenta andrer gestalt / dann geschehen / zu recognosciren / oder eydlich zu diffidiren schuldig: vel in tantum sive ex parte; & tunc sententia concipi solet his formalibus: daß Beklagter die e. g. sub A. & B. produciren Instrumenta zur Enthüle recognosciret; er ist aber die sub C. & D. andrer Gestalt und besser / dann geschehn/ zu recognosciren schuldig / wiedrigen falls werden dieselben pro recognitis gehalten/ *B. R. W.*

§. XXXVII.

Absoluta Probatione & Reprobatione per Instrumen-


ta

ta facta, Publicatio attestatorum non sequitur; utpote quæ tantum obtinet, probatione per testes facta; Instrumenta enim jam ipso productionis die exhibita & quasi publicata sunt; verum statim Disputationes attestatorum sequuntur, quibus quantum per Instrumenta producta & recognita probatum sit, disceptatur atque defenditur; & vocantur producta, quia in Saxonia in scriptis fieri solent. Modus vero ipse disputandi products weise verfahsen dicitur, vid. Ord. Proc. Sax. tit. 29. & Ziegler. in Adnot. Carp., zoto tit. 15. Ast de hac materia satis prolixâ si pro illius dignitate decenter pertractare eam vellermus; nihil aliud esset quam novam Disputationem inclidare, quod tamen Institutum nostrum non permittit.

§. XXXIX.

Post Disputationes Attestatorum nihil aliud superest, quam ut Judex Litem Sententiæ definitivâ terminet. Verum de hac, ut & de remedii suspensivis quibus illius Executio impeditur, ne allotria persequi videat, agere supersedeo; & sic præsenti Disputationi, cum maximâ gratiarum actione Divino Numini pro concessis viribus debitâ, impono


FINE M.




ULB Halle
005 355 346

3







B.I.G.

I. N. 3. 1703, 11
DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
**PROBATIONE,
QVÆ FIT PER
INSTRUMENTA,**
QUAM
SUB PRÆSIDIO ALTISSIMI
EX
*DECRETO & AUTORITATE INCLUTÆ FACUL-
TATIS JURIDICÆ IN PERANTI^{VA}
GERANA*
PRO
LICENTIA
*Summos in Utroque Jure Honores Privilegiaque
Doctoralia consequendi,
IN AUDITORIO JURIDICO
Die 10. Novembr. 1703. Horis confuetis
Soleanni Eruditorum Disquisitioni submittit
AUTOR ET DEFENSOR
JOHANNES VITI,
VRATISLAVIENSIS.
ERFORDIAE,
Exudelat JOH. HENR. GRIECH Acad. Typogr.*

